
Digitized by Google

J. germ. 26 m

4°

Bibliotheca

Digitized by Google

Johann Ludwig [illegible]

Digitized by Google

(Auctore Herm. Georg. Bünekau)

Digitized by Google


BIBLIOTHECAE
JVRIS LVBECENSIS
SPECIMEN

AD
VIRVM PERILLVSTREM
AVGVSTINVM DE BALTHASAR
IN SVPREMO REGIS SVECIAE
APPELLATIONVM TRIBVNALI WISMARIENSI
ASSESSOREM

COMPLECTENS
NOTITIAM CODICVM ET SCRIPTORVM
HISTORIAE JVRIS LVBECENSIS
EORVMQVE
QVI PER TOTVM JVS LVBECENSE
SE DIFFVNDVNT.

LVBECAE
APVD GEORGIVM CHRISTIANVM GREEN
MAGNIFICI SENATVS TYPOGRAPHVM.
MDCCLXXIV.

Digitized by Google



Digitized by Google

VIR PERILLUSTRIS
ET
GENEROSISSIME,



Plus quam uiginti iam abierunt anni, ex quo post primas MARTINI LIPENII (1), JOHANNIS MOLLERI (2), ERNESTI JOACHIMI DE WESTPHALEN (3), CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII (4), ERNESTI JOHANNIS FRIDERICI MANTZEL (5), GOTT-

LOB

(1) in Bibliotheca Jurid. (Lipf. 1746.) p. 348 feq.

(2) in Ifagog. ad Hiftor. Ducatuum Slesuic. et Holfat. P. IV. Cap. VI. p. 500—505.

(3) in diff. de origine et fontibus Jur. Lubec. (Roft. 1728.) p. 66—72.

(4) in zuverläffigem Entwurf von Stadt - Gefetzen Lib. I. Cap. V. p. 96—99.

(5) in Epiftola ad Refpondentem diff. de iure praelationis pecuniae, fine ufuris creditae (Roft. 1740.), annexa.

Digitized by Google

LOB AUGUSTI JENICHEN (6) et nuperrime etiam illustris Gottingensium Antecessoris, JOHANNIS HENRICI CHRISTIANI DE SELCHOW (7) lineas, ad adornandam Juris Lubecensis patrii, in terris Germaniae Septemtrionalis, cum primis ciuitatum, mari Balthico adiacentium, celebratissimi, Bibliothecam animum appuli. Natum inde est haud exiguae molis uolumen, quum non solum Scriptores, qui peculiaribus illud commentationibus illustrarunt, quoscumque, quotquot mihi innotuerunt, suo loco reposuerim, minores quoque maximam partem recensuerim, sed dispersas etiam et fugitiuas, ut uocant, obseruationes, itemque diplomata receptionis Juris Lubecensis in terris Cimbricis, Mecklenburgicis, Pomeranicis, aliis, et recentiores summorum Legislatorum Constitutiones, Rescripta, Decreta, quorum mihi ex scriniis publicis copia facta est, secundum seriem Librorum, Titulorum, Articulorum sedulo congesserim. Equidem hanc operam, in usus tantummodo priuatos susceptam, numquam

cogi-

(6) in Supplement. ad Biblioth. Jurid. Lipenio-Jenichianam p. 259—261.

(7) in Element. Juris Germanici (Hanouer. 1767.) p. 168—175.

Digitized by Google

cogitaui, in lucem protrudere, quum longe a me uitaeque meae ratione alienum sit, publica quadam scriptione laudem captare, quam scio Viris, multo literatioribus et uitam eruditam uiuentibus, relinquendam esse. Interim tamen, ut saepe fit, Amicorum, quibus aliquando hae pagellae uisae fuerant, benignius de istis, quam quidem merebantur, sentientium consiliis, ne dicam efflagitationibus, factum est, ut, post longam moram et aliqua iamiam publici muneris uacatione, ad pristinas tandem Musas reuertens, a primis cogitationibus me diuelli passus sim, inque gratiam eorum, qui Themidi Lubecensi in foro litant, particulam quamdam publicis typis exponere constituerim. Quam quidem ad TE cum primis uenire patiaris, VIR PERILLUSTRIS, tum ut TUO IPSIUS aliquantisper satisfiat desiderio, tum ut a TE, tamquam Judice in his rebus certissimo, si commodum sit TIBI, cognoscam, num operae pretium sit, telam pertexere et, quae supersunt, reliqua studiosis Juris nostri cultoribus ante oculos proponere. Nullus enim dubito, quin hoc qualecumque specimen, pro insigni TUO in omnem Jurisprudentiam,

etiam

Digitized by Google

etiam Lubecensem, studio aequi bonique consulas. Valeas, VIR GENEROSISSIME, quam diutissime, in honorem literati orbis et ornamentum Justitiae, cuius magna TIBI in terris AUGUSTISSIMI ET SAPIENTISSIMI REGIS Germanicis pars credita est, simulque ut beneuolentia, cuius in me tot iam reposuisti documenta, in posterum quoque me dignari uelis, etiam atque etiam rogo. Scrib. W. L. VI. Kalendas Septembres Anno recuperatae gratiae cIↃ IↃcc LXXIV.



CAP. I.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
IVRIS LVBECENSIS

COMPLECTENS

NOTITIAM SCRIPTORVM
AD IVS LVBECENSE
SVBIVNCTIS VBIQVE NOVIORIBVS CONSTITVTIONIBVS
DECRETIS ET RESPONSIS
IVS ILLVD VEL DECLARANTIBVS
VEL ILLVSTRANTIBVS.

PRAEFATVS EST

IOHANNES CAROL. HENR. DREYER.



LVBECAE
APVD PETRVM ANDREAM BOECKMANN
MDCCLXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.



Non infima litterarum pars eſt, in quocunque demum ſcientiae genere variorum *praeſidiorum notitiam* ſciviſſe, eorumque ſelectum habuiſſe atque apparatum. Diutius equidem obtuſioris iudicii eſſe maluerunt Germani et ſolidioris litteraturae negligentiores verſari inter vulgares et tritiſſimos ſtudiorum commentatores, Lexicographos atque nomenclatores, ſed exorta eſt recentiori aevo ſerenior lux, ut nunc vix aliquis reperiatur, qui in ſphaera ſua eruditionis non didicerit ſingulas doctrinas colluſtrare praeſidiis atque auxiliis ſelectioribus. Praeiverunt, fateor, in hoc rerum genere vicini Franco-Galli, quibus illud indubie dandum eſt, quod non ſolum regali munificentia admoti hiſtoriarum ſcriptoribus, ſed, quod propius ad ſcopum facit, litterariis praeſidiis patriam prouinciam Germanis reddiderint inſtructiorem. Sed prorſus nulla ipſis inde competit ratio, ex luxuriante Barclaii et Ballieti ingenio Germanos habere pro fungis et hominibus, qui animam haberent in dorſo atque calcaneum in cerebro. Sunt haec ſcommota ita comparata, ut facili negotio contundi potuerint ab ipſis Germanis et Gallis naris emunctioris, qui non cavillis delectantur, ſed rationibus; qui non elato animo feruntur, ſed integro reguntur iudicio, quod Titan illis finxit de luto meliori, ne ſibi ſapientiam et eruditionem inſtar monopolii et fideicommisſi familiae perperam vindicent et temere videantur felicisſima ingenia fingere non niſi in regionibus calidis. Non putaverim haberi inter ICtos hodieque miſerabiles perſonas, quibus ſatisfaciunt Bartolus et Baldus, quique vulgaris glebae adſcriptitii vivereque malunt in aeterno Romanenſium famulatu, quam horas atque vigilias dare literaturae in Germania. Ad hanc vero curatam viam pandunt ſelecta et ſolida eruditionis media atque auxilia, quae inde dixerim plane neceſſaria, uſu ſuo atque utilitate undique commendatisſima.

)(2 Tollas

Digitized by Google

Tollas enim praesidia litteraria, lumina tolles, quin si nulla damna forent alia, id damni sat erit, quod confusioni studia exponantur et de rerum veritate non nisi constet ex auditu et vulgi traditionibus. Vere dixit inaestimabilis vir FRANC. BACO de VERULAMIO, eruditionem absque praesidiis litterariis oculo statuae Polyphemi non absimilem esse, cum ea pars imaginis desit, quae maxime refert indolem et praestantiam personae. Nemo erit, qui feliciter sese commiserit oceano studiorum sine fidis malis atque remis selectioribus. In tenebris palpat, lyram vulgi oberrat, proletarie et perfunctorie, nunquam solide et curate quaeque rimatur, infinita illum obstacula circumvenient, ut exitum vix inventurus sit, qui duce et auxilio destituitur in litterarum palaestra, qua vel Hercules reperiet, quod agat. Scio equidem delicatulos, nimis et fastidiosos vel congerere omnia per saturam, vel confingere ex ingenio, sed sua imperitia nituntur atque ex se, ut araneae, pariunt. Culpa illorum factum est, quod limpidis fontibus et doctrinis solidioribus relictis, in rivulis, quibus aqua haeret, praesidia quaerantur et solida literarum gloria ipsae priventur scholae, quibus hominum, quaestum respicientium, socordia, barbaries, et sinistra doctrinarum indoles sensim intulerunt cladem et ruinam.

Movit hoc cordatiores, ut de his fatis conquesti non solum saepe fuerint, verum etiam varia industria ad solidiorem cognitionem litterarum earundemque praesidiorum viam coeperint parare. Diversis quidem diversi usi sunt mediis et consiliis, aliis nunc curam rei bibliothecariae urgentibus, aliis ad biographias litteratorum, tum et ad collectionem nominum autorum selectiorum, ad epicrises et ad censuras literarias, ad catalographos et locos communes sese recipientibus, aliis iterum, iisque curatioribus, non pro universali sed particulari, eaque non nuda et historica, sed civili et pragmatica mediorum cognitione in singulis disciplinis pugnantibus, sed omnes tamen in eo conveniunt, quod prima pars solidae sit eruditionis, *nosse sedes argumentorum atque instru-*

ctum

ſum eſſe notitia praeſidiorum rei literariae ſeu apparatu fundamentalium adjumentorum in quaque ſingulari ſcientiarum parte. His qui deſtituuntur, illi quidem dolendi ſunt propterea, quod ſaepe ſolaeciſmos in nominibus autorum committant, quos ſaepius rerum ignari fingunt, ſibique imaginentur legentes vel audientes nomina librorum civitatum, et rerum; tum et qvod ex ſcriptis forment homines,ex rebus aliquando perſonam fingant adeoque famam naeuiis et falſisſimis aſſertis multoties magnifice proſtituant. Sed vel praecipue ideo pars illorum et conditio habenda eſt pro deſperata, quod ipſi ſtudia eorumque ſacraria glebis et ſordibus polluant, turbent, atque corrumpant, quia non literis litant, ſed literarum corticibus. Quibus ſibi aliisque adeo imponunt, ut a rerum gnaris ubique habeantur pro empiricis et circulatoribus, qui ſcientias vaſtant, qui exule ratione, exule ſtudio, iudicio, fundamento et ordine deficientibus, literas profitentur, aliisque, dum eunt qua itur, non qua via eundum eſt, cum augmentis ſuperficiariae eruditionis iterum easdem obtrudunt in praeſentisſimum doctrinae ſolidioris detrimentum.

Dixerim hinc argumenta literarum ſelecta, lucem primigeniam atque facem, quae neſcia eſt omnis caliginis. Quotusquisque his inſtructus animum ad ſtudia accinxerit, is Themidem habebit acceptam, et capax erit eruditionis non vulgaris, ſed ſolidae et acroamaticae. Reliqui falluntur ſententiarum divortiis, adeo ut Ariadnes filo deſtituti nunc inauditas ſententias arguant, quae incruſtatae ſaltim ſunt, atque obducta ceruſſa recentiorum. Falcem quidem in meſſem immittunt, ſed in horreo nec hanc, nec ſpicilegia congerunt. Quin imo licet die nocteque literas volvant et revolvant, ſaturam doctrinarum tantum colligunt et Heliogabalum imitantur, qui, ut Romae vaſtitatem oſtenderet, aranearum telas coacervavit. Et quis unquam dubitaverit, illos a regia via aberraturos eſſe, qui dum vaſta ſtudiorum ſpatia decurrunt, hodogetis deſtituuntur, qui digitum intendunt. Ad perfectam omnium rerum cognitionem, ſolam viam pandunt litteraria praeſidia eorumque cultus, cuſus

 comes

comes eſt fundamentalis omnium artium doctrina. Summatim litterarum cultores manifeſtiſſimum adjumentorum ſelectiorum uſum ſentient in exponendo, meditando, applicando, judicando, adeoque in theoria, in cathedris, in praxi atque curiis.

Speciatim in iurisprudentia uſus praeſentiſſimus ubique eſt atque manifeſtus, adeo ut ſine praeſidiis pragmaticis et illa ſceleton ſit atque ſpectrum, et quisquis illis deſtitutus in tenebris palpet et cum caligine colluctetur. Cinnus enim eſt noſtra iurisprudentia, ex iure Romano, canonico, Germanico, ex moribus, ſtatutis, obſervantiis, praejudiciis, et diſcriminibus inter theoriam et praxin, collegiorum reſponſis, et rebus judicatis, ex ſententiis communibus et receptis, quibus, cum nec ſingula ſibi conſtent, nec univerſa bene cohaereant, ratio curata ſtatuenda eſt ex adjumentis authenticis et praeſidiis ſolidioribus. Enimvero ad evitandos ſcopulos forenſes et indaganda genuina iurium inſtituta opus eſt ſtudio et ſolertia, ut ſelecta conducantur auxilia, quae ulla in parte hanc provinciam queunt illuſtrare. Et quis quaeſo eſt, qui dubitaret, fida, idonea atque pragmatica ſubſidia principe hic loco habenda eſſe, cum iura *voluntaria* non ingenio aſſequamur, ſed doctrina et monumentis. Veteres JCti difficultates et corruptelas, incertitudinem praecipue et otioſam prolixitatem iurisprudentiae animadvertentes, ſollicite in id jam animos inveniuntur defixiſſe, ut adminiculis, conſiliis, mediis litterariis, norma et methodis iurium morbis mederentur et ſubvenirent, ſed minus proſpere res ſaepe ceſſit, donec velut in ſereniorem lucem principes JCtorum genuinas praeſidiorum rationes reduxerint, remque acu uiſi ſint tetigiſſe et tantum non confeciſſe penitus. Novit interim recentius aevum ſuos iurium aeſtimatores, qui ſtudio et fructu ſecuti ſunt hodieque ſeqvuntur veſtigia curatiorum, de litteratura iuris bene promerentium.

Gratulor hanc felicitatis partem Themidis Germanicae et *Lubecenſis* cultoribus, ad quam egregio hoc libello, faventibus Muſis Charitibusque, eos vocavit amicus et animo et ſtudio mihi conjunctiſſimus, Illuſtr. HERMANNVS

Digitized by Google

MANNVS GEORGIVS BÜNEKAU, ut patriae et curiae ornamentum, ita doctae civitatis ocellus, cuius amabile nomen nunquam cogito, ut non peregregia in Rempublicam merita, ut non exasciatam surgentemque doctrinam cogitem et elegantissimae eruditionis illam copiam, in praeclaro aevumque laturo monumento de *separatione liberorum ex iure Germanico ac Lubecensi*, ante lustra iam radios spargentem, monumento, inquam, illo, quod, publice profiteor, nunquam e manibus dimitto, sine voluptate, sine tacita admiratione, sine grati animi sensu, quo vel ob hoc solum insigne facinus prosequor BVNEKAVIVM meum, libelli docte et accurate scripti plastem, et ex ipso Themidis decreto *primi* et *principis architecti* gloria ornatum, qui argumentum undique momentosum, tot commentatorum laqueis vagisque sententiis irretitum, ad solidiora et aeterna principia revocaverit O! quam insigniter gaudeo, (gaudebunt mecum, qvibus nostra in deliciis sunt) habere et nunc virum laudi natum, quod horarum bene sapienterque collocatarum fructumque ad animum et conscientiam revocare possit huius laboris, *hodegetae* certe, *omnis litteraturae iuris Lubecensis*, qui sive ordinis concinnitatem, siue dictionis elegantiam, decus et brevitatem, sive praesidiorum, librorum, libellorum, meletematum, obseruationum hinc inde dispersarum, chartarum et monumentorum notitiam, siue dapes saepius et identidem in notulis appositas respexeris, hedera suspensa non indiget et commendatione. Fruere, itaque lector, tot apparatissimis, quas BVNEKAVIVS tibi instruxit, epulis, hasque tibi ad palatum fore, nobis sponsoribus, certissime confide, et gratias nobiscum age *Viro illustri*, denique vegetas corporis et animi vires ipsi precare ut, dum haec sitim movent, frugifera ingenii sui monumenta plura in lucem conspectumque omnium proferre queat et amoenos meritorum fructus, longam et tranquillam aetatem a Deo immortali, ex voto omnium, quibus patriae et iurisprudentiae salus curae cordique est, referat. Scripsi Lubecae d. XIII. Iulii A. cIↃ IↃ CCLXXVI.


IO. CAROL. HENR. DREYER.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.



Digitized by Google



Cap. I.
DE CODICIBUS JURIS LUBECENSIS.

JUSTITIA LUBECENSIS, ab HINRICO LEONE, Duce Saxoniae et Nordalbingiae, ciuitati Lubecae A. 1158 data, ab Imperatoribus FRIDERICO I. A. 1187 et FRIDERICO II. A. 1226 confirmata, quam Consules Lubecenses cum ciuitatibus Cimbricis, Holsaticis et Megapolitanis seculo XIII praecipue communicarunt. Prodit e tribus Codicibus membranaceis et autographis, *Kiloniensi* A. 1232, *Oldenburgensi* A. 1235 & *Tunderensi* A. 1243, quoad ordinem et argumenta inuicem ad uerbum consonantibus.

Exstat in ERN. JOACH. DE WESTPHALEN *Monument. inedit. Rerum Germanicarum, praecipue Cimbricarum et Megapolensium*, Tomo III. pag. 619—636. CODICEM KILONIENSEM ex autographo ciuitatis Lubecensis religiose (sunt verba inscriptionis seu rubri) descripsisse se fatetur LUBBERTUS PORETZ, Consul Kiloniensis, in schedis MSCtis. Et licet ipse Codex Poretzianus autographus funestissimo incendio circa annum 1336 perierit, Consulum tamen prouidentia factum est, quod sequenti anno denuo a Lubecensibus Juris Codex requisitus fuerit, quem uernacule scriptum acceperunt hodieque superstitem tuetur curia. CODICI OLDENBURGENSI praemittitur prooemium, Germanice scriptum. In fine adiicitur Henriciana prima ordinatio de Senatu Lubecensi A. 1158, et Consulum ab eodem anno usque ad 1234 recensio et series, quae ab anno tamen 1216 literis

recen-

Digitized by Google

recentioris aeui, ab iis, quibus Codex ipſe et Henriciana Conſtitutio ſcripta ſunt, plane diuerſis, exarata eſt. Codex Tunderensis inſtructus eſt prooemio Latino et concluſione ſpeciali, quibus Kilonienſis et Oldenburgenſis deſtituti ſunt. Ceteroquin iſte ad hos exactiſſime eſt compoſitus, hodieque inter Curiae Tunderenſis cimelia cuſtoditur. uid. B. de Westphalen praefat. T. III. *Monum. ined.* pag. 115.

ACCESSIONES AD JUSTITIAS LUBICENSES, A. 1170 datae a Conſulibus Lubecenſibus et cum ciuitate Kilienſi communicatae. Prodeunt e Codice Juris Lubecenſis Latino et membranaceo, A. 1270 exarato, et ex Asmi Bremeri, Conſulis quondam Kilienſis, Chronico Kilienſi MSC.

Exſtant *ibidem p.* 636—638. Codex repertus eſt quondam Oldenburgi in aedicula, templi uicina, qua et hodie codices nonnulli et libri antiqui cuſtodiuntur. Uſi eodem ſunt burgenſes Grömitiae et Grubae, ciuitatis Oldenburgi Wagriae vicini, nec dubitat B. de Westphalen all. loco p. 118, quin in aliis codicibus Latinis, poſt annum 1270 conſcriptis, haec ſupplementa exſtent.

CODEX JURIS LUBECENSIS ANTIQUISSIMUS VERNACULUS, in membranis exaratus A. 1240, ex authentico, qui etiam nunc adſeruatur in Cancellaria ciuitatis Lubecenſis, deſcriptus. Accedit collatio cum codice eiusdem Juris vernaculo curiae Kilonienſis membranaceo de A. 1337.

Exſtat *ibidem pag.* 638—672. Huic probatiſſimae notae codici, *inquit* B. de Westphalen *l. c. pag.* 116. *ſq.* praemiſſa eſt praefatio ſeu epiſtola propemtica, qua Senatus Lubecenſis teſtatum fecit, eius conſignationem abſolutam eſſe ad petitionem Wilhelmi, Epiſcopi Mutinenſis, Apoſtolicae Sedis Legati, rebus Lubecae, Bremae, Reualia et alibi geſtis inclyti. Inſigne omnino pretium huic conſtat codici antiquiſſimo vernaculo, in ipſo ſolo natali, quod miror, incognito uel paulo obſcuriori, adeo ut nec ipſi quidem Scriptores JCti Lubecenſes eiusdem mentionem iniecerint. Nolo nunc definire, ſitne Latinus an hic antiquior? pro utroque enim militant rationes, pro Latino quidem, quod Germanicos, quorum hactenus copia haberi potuit, omnes uincat et ipſe A. 1224 ex uetuſtiori Latino uideatur tranſcriptus. Patet hoc tum ex Lubberti Poretzii, Conſulis Kilonienſis, ab A. 1230 ad A. 1250 ſchedis MSC. in quibus codicis Juris Lubecenſis, A. 1224 exarati, mentio iniicitur, tum ex chartis et tabulis teſtamentariis Lubecenſibus

Digitized by Google

censibus et Kilonienfibus A. 1228. 1230, in quibus occurrunt uoces *cespitalitas*, *possessor proprii caumatis*, *Dromonis promtuarium* aliaeque formulae, quibus utitur codex Juris Lubecensis Latinus. Ex aduerso pro asserenda Codicis uernaculi praerogatiua facile allegaueris materiarum amplitudinem, qua Latinum omnino antecellit, adeo ut hic ex illo uideatur in compendium et ectypum redactus. Forte etiam adduxeris ipsius Senatus testimonium, proditum in prooemio codici Latino praefixo, uerbis: *conscribi fecerunt*, nimirum ex antiquiori quodam codice Germanico. Neque tamen codex Latinus A. 1232. 1235. 1245, neque Germanicus A. 1240 habendus est pro primo ipsius HENRICI LEONIS authentico seu archetypo: ipsi enim Consules in prooemiis codicum Oldenburgensis, Tunderensis, Liuonici, luculenter testantur, hos codices ex probatissimis exemplis descriptos fuisse.

DAT LÜBECKSCE RECHT-BOCK de Anno 1254, *continuiret* 1370, *dem Teutschen Orden in Liefland communiciret.*

Exstat in FRID. DETL. CAR. DE CRONHELM *Corpore Statutorum prouincialium Holsatiae*, nr. VI. Praefationem huius codicis iam antea dederunt JO. SIBRAND *Jur. publ. Lubec.* P. I. Sect. X. p. 107. et ERICUS MAURITIUS in *Dissertat. et Opuscul.* Frf. 1692. editorum volumine pag. 379.

CODEX JURIS LUBECENSIS LATINUS, cum ciuitate Dantiscana communicatus A. 1266.

Hunc bonae notae codicem ex membranis, in tabulario Reipublicae Lubecensis latentibus, in lucem extulit SUMME VENERABILIS DREYER in *Sammlung vermischter Abhandlungen*, P. I. pag. 445-472.

DAS LÜBECKISCHE RECHT durch LUDEWIG DIETZ *gedruckt.* Rostock 1509.

Quod lingua inferioris Saxoniae, priuato, ut ipse Dietius in praefatione fatetur, studio conscriptum, publicam auctoritatem non habuit. Conf. JO. HENR. A SEELEN *Nachricht von dem Ursprunge und Fortgange der Buchdruckerey in Lübeck* pag. 44. DREYER *Obseruat. Jur. Holsat. et Cimbr.* meletema I. pag. 35. not. (c)

TRES ANTIQUI JURIS LUBECENSIS CODICES, anni, ut uidetur, 1533, quorum priori Jus Wisbyense Maritimum, alteri

 doctrina

doctrina de cessione bonorum muliebri, *vom Dachdings auftragen*, et de iudicio, in fauorem peregrinorum constituto, *vom Gast-Rechte*, posteriori successio ciuilis, in tribus illis codicibus iisdem fere terminis annotata, subiungitur.

Exstant in B. HENR. BROKES, uiri de patria sua immortaliter meriti et post fata venerandi, *Select. Obseruat. Forens.* Appendice p. 1 - 124.

EIN RECHT-BUCH, darinn die Artikele, so man LÜBISCH RECHT nennet und in den manuscriptis Exemplaribus *gefunden, nicht alleine in eine bequeme und richtige Ordnung gebracht, besondern auch das Sächsische, Kayserliche und Göttliche Recht zugleich mit eingeführet und angezogen, durch* JOACHIMUM KOLLIUM. Hamb. 1586.

Haec compilatio exhibet CCXVI Articulos juris Lubecensis, sermone ueteri Saxonico, singulis articulis breui subiecta exegesi ex jure Saxonico et communi Caesareo, lingua Saxonica Misnica, conuenientiam vel discrepantiam horum iurium cum isto monstrante. Ordinem uero suae compilationis ita construxit, ut in quatuor partes distribueret. In *prima parte* agit de PERSONIS, continente XI titulos articulosque LXVIII, in *secunda* de CONTRACTIBUS, a titulo XII usque ad titulum XXII, articulosque a LXIX ad CXIX. *Tertia* pars exhibet, in titulis duobus XXIII et XXIV, materiam SUCCESSIONIS tam ex testamento, quam ab intestato, ab articulo CXX usque ad CLII. *Quarta* pars agit de DELICTIS ET POENIS, a titulo XXIV ad titulum XXIX, cui adiecit titulum de appellationibus et in hanc partem coniecit articulos ab CLIII ad finem. Vid. HELWIG *Diss. de juris Lubecensis non usu in ciuitatibus Pomeraniae*, Sect. I. §. 10. Et JOH. MOLLERUS *Cimbr. Liter.* Tom. I. p. 307. sq. scriptum hoc, *inquit*, omnium in jus Lubecense exegeticorum est antiquissimum et eodem anno 1586, quo prima istius editio, publicatum. Nec desunt, qui illud ipsam eius editionem promouisse existimant, uti ERICUS MAURITIUS, iunior, suum suspendens iudicium, in *Introductione ad praxin*, specimini Consiliorum Kiloniensium praefixa, testatur. Cuius uerba perperam intellexit JOH. GE. KULPISIUS, horum fide, *P. II. Commentat. Acad. ad Seuerinum de Monzambano*, p. 102, KOLLIO Juris Lubecensis editionem, inter ceteras praecellentem, falso tribuens.

Der Kaiserlichen und des Heiligen Reichs Stadt LÜBECK STATUTA UND STADT-RECHT, aufs neue übersehen, corrigiret

ret und aus alter Sechsischer Sprach in Hochdeudsch gebracht. Lübeck 1587. 1595 [1]. 1608 [2]. 1613 [3]. 1643 [4]. 1657 [5]. 1680 [6]. Glückstadt 1724 [7]. Lübeck 1728 [8].

A 3 *ERN.*

(1) Hanc editionem nouiter reuisam esse falso statuit REYHERUS in *Historia Juris univ.* obseruante CRONHELM in *Historia Jurium et Judiciorum Holsatiae*, præmissa Corpori Statut. prouinc. Cap. VII. p. 113. not. 198.

(2) Adhaeret 1) RUDOLPHI II. IMP. Priuilegium Appellationis d. 23. Mai. 1558. 2) *Der Hanse-Städte Schifs-Ordnung* A. 1591. 3) *Ordnung wegen der ehelichen Verlöbnisse, Hochzeiten, Mitgabe, Zugedämt und was dem ferner anhängig* A. 1607.

(3) Adhaeret praeter Rudolphi priuilegium et ordinationem Hanseaticam, Senatus Lubecensis *Ordnung wegen der Verlöbnisse etc.* A. 1612.

(4) Adhaeret, praeter priuilegium Rudolphinum et ordinationem Hanseaticam, 1) *Ober-Gerichts- samt dem* Appendice *der Nieder- Gast- und Appellations-Gerichts-Ordnung* A. 1631. 2) *Nieder-Gerichts- und Kanzley-Ordnung* A. 1639. 3) Extract *aus der Kleider-Ordnung* A. 1642.

(5) Adhaeret 1) *Hänsische Schifs-Ordnung* A. 1591. 2) *Hänsische Schifs-Ordnung und See-Recht* A. 1614. 3) *See-Gerichts-Ordnung* A. 1655. 4) *Ober- Nieder- Gast- Appellations- Gerichts- und Kanzley-Ordnung.*

(6) Adhaeret 1) Priuilegium Appellationis A. 1588. 2) *Hänsische Schifs Ordnung* A. 1591. 3) *Hänsische Schifs-Ordnung und See-Recht* A. 1614. 4) *Ober- Nieder- Gast- und Appellations- Gerichts- und Kanzley-Ordnung.* 5) *Mandat wider ungetreue Vormünder* A. 1645. 6) Inhibitio *der zu nahe ins Geblüt und anderer widerrechtlichen Verlöbnisse* A. 1643. 7) *Ordnung wie in Wechsel-Sachen procediret werden soll* A. 1662. 8) *Mandat wider die in dieser Stadt Bürger Häusern und liegenden Gründen belegte fremde Gelder* A. 1677. 9) *See-Gerichts-Ordnung* A. 1655.

(7) Adhaeret 1) RUDOLPHI IMP. priuilegium Appellationis A. 1588. 2) *Lübeckische Wechsel-Ordnung* A. 1662. 3) CHRISTIANI V, Regis Daniae, *Wechsel-Recht* A. 1681. 4) *Königl. Verordnung, daß bey den verhängten Arresten zugleich ein* Terminus ad prosequendum ex officio *angesetzet werden soll* A. 1694. 5) *Hänsische Schifs-Ordnung und See-Recht* A. 1614 6) CHRISTIANI V. Constitutio *wegen der Schuld- und Pfand-Protocollen in den Städten des Herzogthums Holstein* A. 1698. 7) EIUSDEM Constitutio *wegen der Pfand- und Schuld-Protocollen in den Städten des Herzogthums Schleswig,* e. a. 8) EIUSDEM Constitutio *betreffend die in den Städten der Herzogthümer Schleswig und Holstein verwürkte Bruchgelder und* quo ordine *dieselben bey den* Concursibus *sollen collociret werden.* e. a. 9) *Gemeiner Bescheid, betreffend die bey einem Zeugen-Verhöre zu formirende und zu übergebende* Articulos *und* Interrogatoria, e. a. 10) Re*nouation der Königl. Constitution wegen verbothener Geschenk und Gaben* A. 1708. 11) Renouation *der Königl. Verordnung von Hochzeit- und Gevatter-Geschenken* A. 1722. 12) FRID. IV. *Constitution, betreffend der Kinder erster Ehe Abtheilung, bevor zur andern Ehe zu schreiten* A. 1717. 13) EI. *Verordnung wegen Bestrafung derjenigen Bedienten, die mit den unter Händen habenden Herrschaftlichen- auch Kirchen- Schulen- Armen- und gerichtlich deponirten Geldern oder* Intraden *nicht richtig umgehen* A. 1718. 14) *Das Holsten Land-Recht, nebst Formular vom Holsteinischen Ding und Recht.*

(8) Adhaeret 1) Rudolphi Imp. priuilegium Appellationis A. 1588. 2) *Hänsische Schifs-*

Digitized by Google

ERN. JOA. DE *WESTPHALEN* enarratio Codicum Juris Lubecensis,

in praef. Tom. III. *Monum. inedit.* p. 115 — 121. (9)

EIUSDEM Obs. de usu pragmatico ueterum Juris Lubecensis Codicum,

ibidem p. 120 — 129.

HENR. BROKES Obseruatio de Latino Juris Lubecensis textu non authentico,

in EIUS *Select. Obseruat. Forens.* Obs. DLXXXVI. p. 627.

CAP. II.

DE SCRIPTORIBUS HISTORIAE JURIS LUBECENSIS.

SAM. REYHER disp. de Juribus Canonico, Lutherano - Ecclesiastico, Saxonico, prouinciali Sleswiga-Holsatico et Lubecensi, Respondente JOH. DIT. STARCK, *Lubecensi.* Kil. 1709.

Recusa exstat in EIUS *Historia Juris* pag. 304 — 352.

ANONYMI Anleitung zur Historie des Lübschen Rechts, worinn zugleich die im Anseatischen See-Recht nicht berührte Artikul des Lübschen

Schifs-Ordnung A. 1591. 3) *Hansische Schifs-Ordnung und See-Recht* A. 1614. 4) *Reuidirte Ober- Nieder- Gast- See- Appellations- Gerichts- und Kanzley- Ordnungen.* 5) *Wacht-Ordnung* A. 1644. 6) Articuls-*Brief* A. 1692. 7) *Feuer-Ordnung.* 8) *Ordnun der Handwerks- und Arbeits- Leute* A. 1700. 9) Notification *wegen des* Commercii *und der Manufacturen* A. 1670. 10) *Mandat wider ungetreue Vormünder* A. 1645. 11) Inhibitio *der zu nahe ins Geblüt und anderer widerrechtlichen Verlöbnisse* A. 1697. 12) *Mandat wider die in dieser Stads Bürger Häusern und liegenden Gründen belegte fremde Gelder* A. 1677. 13) *Verordnung wegen der* Legatorum *zu Wall und Mauren, Wegen und Stegen* A. 1699. 14) *Mandat wider das heimliche verbothene Soldaten Werben* A. 1697. 15) *Mandat wider das Würfel- und Charten-Spielen* A. 1720. 16) Duell-*Edict* A. 1720 17) *Ordnung wegen der Gräber, Capellen und Kirchen - Gestüble, Bestätigung der Leichen, samt Taxa der Gebühren und Unkosten* A. 1704.

(9) Adde quae copiosa manu attulit amicissimus DREYER in *Einleitung zur Kenntniß Lübeckischer Verordnungen* P. III. Cap. I. pag. 227 — 244.

Digitized by Google

Lübſchen See-Rechts kürzlich erklähret und etliche der führnehmſten Streitigkeiten übers Lübſche Recht angeführt werden, nebſt einem Anhange von der Jurisprudenz in Deutſchland medio aeuo. Greifswald 1714.

Anonymi ſub larua latere Ge. Adolph. Caroc, JCtum quondam Gryphiswaldenſem, auctor eſt Jenichen in *Supplement. ad Biblioth. Jurid. Lipenio-Jenichianam* p. 260.

ERN. JOACH. WESTPHALEN Diſſ. de origine et fontibus Juris Lubecenſis eiusque uſu, auctoritate, elogio et ſubſidiis, Reſp. Christi. Frid. Fischer, *Lubecenſi*, Roſt. 1728.

Haec diſſertatio Juris Lubecenſis originem, occaſionem et rationem eiusdem originis (§. 2. 3.), fontes et principia, progreſſum, incrementa, compilationem, ſiue relationem in codicem, reuiſionem, perfectionem, editionem et hodiernum apud Lubecenſes ſtatum ac uſum (§. 4. 5. 6.), obligationem eiusque uſus indolem ac rationem diuerſam in foris Lubecenſium et Exterorum (§. 7.), auctoritatem ex receptione in Holſatia, Megapoli, Pomerania aliisque exteris regionibus et ciuitatibus, celebritatem intuitu Appellationum, rationes tantae auctoritatis, dignitatis et uſus (§. 8. 9. 10.), elogia et uindicias pro fama Juris Lubecenſis (§. 11. 12.), adiumenta ſeu apparatum literarium et Bibliothecam ſtatutariam Juris Lubecenſis (§. 13.), denique explicationem, uſum et applicationem (§. 14.) docte et eleganter tractat.

CHRISTI. NETTELBLADT Diſſ. qua nouam de fontibus Juris Lubecenſis coniecturam exhibet. Gryphisw. 1728.

Prooemium agit de antiquitate, celebritate, auctoritate, aequitate et prudentia legislatoria Juris Lubecenſis; Caput I. disquirit: an Jus ciuile Romanum pro fonte Juris Lubecenſis habendum ſit? Cap. II. disputatur: quantum Juri Saxonico in quaeſtione de origine Juris Lubecenſis tribuendum ſit? Cap. III. origo Juris Lubecenſis ex Jure Sueo-Gothico repetitur; Cap. IV. dubia nonnulla, quae aduerſus caput proxime antecedens moueri poſſint, remouet; Cap. V. uſum huius diſceptationis oſtendit.

EIUSDEM progr. quo coniecturam ſuam de fontibus Juris Lubecenſis modeſte uindicat. *ibid.* 1738.

CHRISTI. GODOFR. HOFFMANN progr. de Juris Lubecenſis antiquo quodam Codice. Frf. ad Viadr. 1731.

CHRISTI.

CHRISTI. GOTTL. RICCII Historie des Lübeckischen Rechts,

in El. *zuverläßigem Entwurf von Stadt-Gesetzen* p. 80 — 123.

FRID. DETL. CAR. DE *CRONHELM Historischer Bericht von dem Lübeckischen Stadt-Recht*,

in praef. *Corp. Statut. prouinc. Holsatiae*, p. 91 — 117.

WOLFG. AD. SCHOEPF diss. de fatis Juris Germanici et speciatim Lubecensis origine, auctoritate, mutationibus, emendationibus, fontibus, aequitate et commentatoribus.

Praefaminis loco praemissa est nouissimae Meuianorum Commentariorum editioni A. 1744.

AUGUSTIN. DE *BALTHASAR* narratio de historia Juris Lubecensis antiqui, recentioris, nouissimi eiusque fontibus, interpretatione, receptione, auctoritate et commentatoribus.

Partem facit praeliminarium seu Capitis primi EIUSDEM dissertationis *de Successione ab intestato ex Jure Lubecensi*, suo loco laudandae, p. 8 — 30.

(JOH. KLEFEKER) Anmerkungen von den Quellen des Lübeckischen Rechts, und ob solches für eine Quelle des Hamburgischen zu achten sey?

Reperiuntur in immortali opere, *Sammlung der Hamburgischen Gesetze und Verfassungen*, P. III. p. 160 — 224.

* * *

ERN. JOACH. DE *WESTPHALEN* collectio Diplomatum praecipuorum de receptione et usu Juris Lubecensis in ciuitatibus CIMBRICIS ab A. 1232 — 1692.

in EIUS *Monum. ined.* T. IV. p. 3203 — 3276.

GERARDI, Comitis Holsatiae, priuilegium quo dilectis hominibus suis de oppido CREMPE concessit Jus Lubecense, in omnibus iudiciis terminandum, sicut hactenus habuerunt, d. d. Hamburg III. Kal. Jan. A. 1271.

Quod, a Comitibus JOHANNE et GERARDO, Plönae in uigilia Andreae Apostoli A. 1306, JOHANNE, dominica Trinitatis A. 1320. (apud DE WESTPHALEN *allegato loco pag.* 3217.) et ADOLPHO,

Crympis

Digitized by Google

Crympis in profesto Willehadi Episcopi A. 1363, confirmatum, exstat in DETLEV. CAR. FRID. A CRONHELM Corpore Constitutionum Regio-Holsaticarum T. III. P. II. pag. 275—280.

CHRISTIANI IV, Daniae Regis, *Fundations-Brief der Stadt* GLÜCKSTADT, *nach welchem derselben, soweit sich deren District erstrecket, alle Rechte, Freyheiten und Gewohnheiten, welcher sich die Stadt Wilster je und allewege nach Lübischem oder Hamburgischem Rechte gebrauchet, gegeben worden*, d. d. Friederichsburg d. 22. Mart. 1617.

Exstat apud DE CRONHELM T. III. P. II. pag. 17. et DE WESTPHALEN pag. 3265.

GERARDI, Comitis, priuilegium, quo ciuibus in HILGHENHAVENE concedit, habere Jus Lubicense in suis sententiis et querimoniis incusando et de quolibet defendendo, prout deinde Jus Lubicense liberalius se extendit, d. d. Grobe sexta feria post dominicam Quasimodogeniti A. 1305.

Quod, confirmatum ab ADOLPHO, Comite, in uigilia Ascensionis Domini A. 1360, exstat apud DE CRONHELM T. III. P. IX. pag. 1263. DE WESTPHALEN pag. 3213. HENR. SCHOLTZE *Nachricht von der Stadt Heiligenhaven* pag. 21, itemque a NICOLAO et GERARDO, Comitibus, die S. Georgii A. 1390. apud DE WESTPHALEN pag. 3213.

ADOLPHI, Comitis, priuilegium quo mercatoribus antiqui castri ETZEHO iura ciuitatis Lubycensis concedit, Indict. XI. An. 1238.

Exstat apud DE CRONHELM T. III. P. IV. pag. 511, DE WESTPHALEN *pag.* 3209, et in (JO. FRID. NOODT) *Beyträgen zur Erläuterung der Civil- Kirchen- und Gelehrten-Historie der Herzogthümer Schleswig und Holstein* Tom. II. pag. 402. confirmatum a JOHANNE et GERARDO, Comitibus, VI. Non. Jul. A. 1257. IBIDEM pag. 512 et 3210 et apud NOODTIUM l. c. pag. 404. HENRICO, Comite, III. Non. Octobr. A. 1303. IBIDEM pag. 513 et 3211 et apud NOODTIUM pag. 406. GERARDO, Comite, in uigilia Luciae uirginis A. 1330. IBIDEM pag. 515. et in die inuentionis S. Crucis A. 1335, IBIDEM pag. 3218. et apud NOODTIUM pag. 408. HENRICO et NICOLAO, Comitibus, dominica die qua cantatur Laetare

tare

tare A. 1351. IBIDEM p. 516. et apud NOODTIUM pag. 409. GERARDO, Duce, die Philippi et Jacobi A. 1391, IBIDEM pag. 3226. et apud NOODTIUM pag. 411. et ADOLPHO, Comite, *in unser leven Vrowen Abend erer Bord* A. 1435, IBIDEM pag. 519 et 3232. itemque apud NOODTIUM pag. 411.

Der FEMARSCHEN *Brief an Graf Henrichen von Holstein, worin sie bitten, sie bey Lübschem Recht zu lassen*, A. 1406.

Exstat apud DE WESTPHALEN l. c. p. 3230.

PACTA ciuium BURGENSIUM et incolarum FEMARIAE, *den Gebrauch des Land-Rechts und des Lübeckischen Rechts betreffend*, A. 1443.

IBIDEM pag. 3233.

JOHANNIS, Regis Daniae, priuilegium, quo FEMARIAE ciuitati BURG concessit, *dat se mögen hebben und holden Lübisch Rechte mit allen Freyheiten und Gerechtigkeiten, alse Lübisch Recht Gewahnheit is*, d. d. Borg am Donnerstag nach Assumtionis Mariae A. 1490.

IBIDEM pag. 3245.

ADOLPHI IV, Comitis, priuilegium quo ciuitati KILONIO confirmat usum Juris Lubecensis, *alse et de Stade to Lübeck binnen heft, frylicken to bruckende, alse by unsers Vaders Tyde und alse en da Raet unde Begnog is*, d. d. Kyl am Abend S. Martin des Bischopes A. 1232.

Exstat apud DE WESTPHALEN l. c. pag. 3203, confirmatum a Comitibus, GERARDO et JOHANNE, die omnium Sanctorum A. 1315, IBIDEM pag. 3215, JOHANNE, in festo ad uincula Petri A. 1317, IBIDEM pag. 3216. et CHRISTIERNO, Rege Daniae, Gottorp. *Montags na dem Sontage* Reminiscere A. 1461, IBIDEM pag. 3241.

BURSPRAKE enes ehrbaren Rades tom KYL, *dorch* GEORG CORPERN, *Borgemeister, uth den oldesten Bursspraken verfatet und opentlicken afgeredet am Sondage* Reminiscere A. 1536. (10)

Exstat apud DE WESTPHALEN l. c. pag. 3252.

GER-

(10) ART. IV. *Ock schall ein ider düsser Stadt sick laten genögen am* Lübschen Rechte *und darbaven kene andere Richtere, geestlick edder weltlich kesen etc.*

GERARDI, Comitis, priuilegium quo ciuibus in oppido LÜTTEKENBURG dedit in ſententiis ferendis omne ius, quod habent ciues Lubecenſes in ſua ciuitate, in terminis oppidi ſui iuſte ac rationabiliter faciendi, d. d. Lütkenb. VI. Non. Jul. A. 1275.

Exſtat apud DE CRONHELM l. c. P. VIII. pag. 1227.

CHRISTIANI ALBERTI, Ducis, *Reſolution*, *daß* in caſibus ſeruitutis *das in den übrigen Städten recipirte Lübiſche Recht in dem Flecken* NEUMÜNSTER *gleichfalls zur Dijudicaturs* norma *angenommen werden ſoll*, d. d. Gottorp. d. 10. Nou. 1666.

Exſtat apud DE WESTPHALEN l. c. pag. 3268.

JOHANNIS, Comitis, confirmatio Juris Lubecenſis in finibus ciuitatis NEUSTADT, *dat ſe mit demſülwigen Rechte ſich freyeſt to erfreyen hebben ſchölen*, d. d. Nienſtadt drüdden Dages von Michaelis des Erz-Engels A. 1393.

IBIDEM pag. 3229.

ADOLPHI IV, Comitis, priuilegium quo ciuitati OLDENBURG concedit Jus Lubecenſe, *dat ſe des vryliken bruken mögen*, d. d. Plöne des ſunte Bartholomaei Dages A. 1235.

IBIDEM pag. 3203, confirmatum a NICOLAO, Comite, et GERARDO, Duce, die S. Gertrudis A. 1392, IBIDEM p. 3227, ab HENRICO, Principe, Rendsburgi in der hilghen eluenduſend Meghede Dage A. 1415, IBIDEM pag. 3231, et JOHANNE FRIDERICO, Duce, Ciſmar. d. 28. Jul. 1607, IBIDEM pag. 3261.

ADOLPHI IV, Comitis, charta qua ciuitati PLOENENSI uſum Juris Lubecenſis indulget, *dat ſe des wirkliken bruken mögen*, d. d. Plöne des andern Dages na Sante Vitalis Tage A. 1236.

Exſtat in HENR. SCHOLTZ *Chriſtl. und neu bevölkertem Wager-Lande* pag. 98. not. (c), a NICOLAO et GERARDO, Comitibus, Ploenae die S. Gregorii A. 1390, JOHANNE, Rege Daniae, Segebergae die Nicolai Epiſcopi A. 1487 et CHRISTIANO III, Rege Daniae, Rendsburgi Dingstages na Oculi A. 1542, confirmatum, apud DE WESTPHALEN Mon. ined. T. IV. pag. 3204.

Digitized by Google

HOFGERICHTS zu PLÖN atteſtatum, *daß das Lübeckiſche Recht in daſigem Fürſtenthum auf dem platten Lande nicht gebräuchlich ſey.* d. d. Plön den 17. Febr. 1721. ([11])

FRIDERICI V, Regis Daniae, *Verordnung wegen künftiger Einrichtung und Verwaltung der Juſtitz in dem vormals Fürſtl. Plöniſchen Antheil am Herzogthum Holſtein, wodurch der Gebrauck des in der Stadt* PLÖN, *auch in der Neuſtadt und dem Diſtricte, das Kloſter genannt, eingeführten Lübeckiſchen Rechts beſtätiget wird*, d. d. Friedensburg d. 27. Aug. 1762.

RESCRIPTUM REGIUM daß der vormals Fürſtl. Plöniſche Antheil von GIESCHENHAGEN *ſo wie die Neuſtadt zu* PLÖN *und daſiger Diſtrict, das Kloſter genannt, von der Vorſchrift des unterm 27. Aug.* 1762. *ergangenen Juſtitz-Reglements, daß bey dem Plöniſchen Landgerichte nach Sachſen-Rechte zu ſprechen ſey, ausgenommen und bey dem Gebrauch des Lübſchen Rechts fernerhin gelaſſen werden ſolle*, d. d. Glückſtadt d. 29. Mart. 1763.

Exſtat in *Schleswig-Holſteiniſchen Anzeigen* eiusdem Anni p. 241.

GERARDI, Comitis, priuilegium quo uoluit Conſules et ciues oppidi Reinoldesborgh (RENDSBURG) legibus, iuribus et iudiciis quibuscumque, prout ciuitas Lubecenſis eis utitur, poſſint et debeant uti meliori et liberiori modo, quo iudicia legum ciuitatis Lubecenſis exercentur, in die Nicolai Epiſcopi A. 1339.

Exſtat apud DE CRONHELM T. III. P. V. pag. 807 et DE WESTPHALEN pag. 3220, confirmatum ab HENRICO, Comite, die Scholaſticae

([11]) Quod ita ſonat: *Als bey uns der hieſige* Aduocatus, *Nicolaus Gottfried Steuernagel, mit einem unterthänigen* Memorial *einkommen, worin er vorgeſtellet, wasmaſſen ihm von einer auswärtigen Parthey* committiret *ſey, bey dem hieſigen Hochfürſtl. Hofgerichte um ein beglaubtes* Atteſtatum *geziemende Anſuchung zu thun, ob auf dem platten Lande albie das* Lübeckiſche Recht *in* Obſervanz *ſey und daraus die vorfallenden ſtreitigen* caſus decidiret *werden und wir dann bemeldeten* Advocati *Steuernagels ſeinem billigem Geſuche nicht entgegen ſeyn mögen: So* atteſtiren *wir hiemit zu Steuer der Wahrheit, daß in hieſigem Fürſtenthum auf dem platten Lande das Lübeckiſche Recht bishero nicht im Gebrauch geweſen, vielweniger bey ereugenden ſtreitigen Fällen darnach geſprochen worden. Urkundlich des hierunter gedruckten Hofgerichts-Inſiegels. So geſchehen Plön den 17. Febr. 1721.*

(L.S.) *Fürſtl. Schleswig-Holſteiniſche zum Hofgerichte verordnete Geheime- und Räthe.*

J. H. Ritter.

Digitized by Google

lasticae uirginis A. 1342, IBIDEM pag. 3222, et a CHRISTIANO I, Rege Daniae, Mandages na sunte Andreas Dage A. 1460, IBIDEM pag. 810 et 3236.

CHRISTIANI V, Regis Daniae, formula priuilegiorum ciuitati RENDSBURG concessorum, d. d. Copenhagen d. 19. Apr. A. 1692 (12)

Exstat apud DE WESTPHALEN l. c. pag. 3273.

JOHANNIS ET *GERHARDI*, Comitum, priuilegium quo largiuntur ciuibus *tho* SEGEBERG *alle dat Recht der Stadt Lübecke, dat se gekohren und an den tyden ehres Vaders gehadt hebben*, d. d. Lübeck A. 1260.

Quod, ab HENRICO, Comite, d. d. Segeberg am fünte Elsaben Auende A. 1418 confirmatum, exstat apud DE CRONHELM T. III. P. VI. pag. 1123.

JOHANNIS, Comitis, charta, qua Euerhardo et Nicolao de Alen donauit uillas STENRODDA et ECHORST, regendi eas cum iudicio Lubecensi, prout regi solent uillae, sitae intra marchiam ciuitatis Lubecensis, d. d. Plöne in festo natiuitatis b. Mariae uirginis A. 1328.

Exstat in (JO. GOTTFR. DE MEIERN) *Nachricht von dem an die Stadt Lübeck 1359 verpfändeten* dominio et aduocatia *Mölln*, inter documenta pag. 181.

JOHANNIS, Comitis, charta, qua Bertramo Vorade donauit uillam STOCKELSDORF *und mögen datsülve Gut und Dörp holden tho Lübescheme Rechte und in Lübeschem Rechte, geliek den*

(12) ART. VIII. *Mit der Wahl des Stadt-Magistrats, wie auch Administration der Justitz, soll es bey dem alten Herkommen, doch daß die neun Bürger mit dazu gezogen werden, unveränderlich gelassen, auch in gerichtlichen Sachen nach dem daselbst eingeführten* Lübeckischen Rechte *sowohl in der neuen, als alten Stadt, gesprochen werden.* In reuisa ordinatione ciuica et politica Rendsburgensi, data Hafniae d. 17. Sept. 1720, CAP. III. § I. apud DE CRONHELM T. III. P. V. pag. 839, ita statuitur: *Es soll bey des zum Ober- und Unter-Gericht* regulariter *alle vierzehn Tage ein öffentlicher bürgerlicher Gerichtstag angesetzet und in den darauf angebrachten Sachen, nach den bißher eingeführten Gewohnheiten und* Lübischem Rechte, *nach wie vor gesprochen werden; es wäre denn, daß der vorkommende* casus *bereits seine anderweitige* decision *durch eine special Verordnung empfangen hätte, oder auch noch künftig nach Ihrer Königl. Mayt. allergnädigstem Gefallen erhalten mögte.*

Digitized by Google

den Dörpern, de von Oldings uppe der Feldmark tho Lübecke gelegen sind, d. d. Lübeck des Middewekens na dem Sondage tho Mitfasten A. 1344.

Ibidem pag. 183.

CIVILOQUIUM ciuitatis TUNDERAE, uulgo *Bauersprache*, d. 10. Dec. 1691. (13)

Exstat apud DE WESTPHALEN all. loco pag. 3269.

JO. CAR. HENR. DREYER Diss. de Formula receptionis Juris Lubecensis eiusque indole forensi in ciuitatibus HOLSATIAE. Kil. 1751. (14)

Jurisconsultos, circa formulam receptionis Juris Lubecensis in ciuitatibus Holsaticis dissentientes, uniuersalem illam inconcinne sibi fingere, probatur *primo* ex receptione Juris Lubecensis uoluntaria in ciuitatibus Holsatiae a Saeculo XIII facta, fide diplomatum, annalium, monumentorum, sigillatim apud HAMBURGENSES, KILONIENSES, ALDENBURGENSES, NEOSTADIENSES, OITINENSES, PLOENENSES, LÜTKEBURGENSES, HIEROHAFNIENSES, RENDSBURGENSES, SEGEBERGENSES, ITZEHOENSES, CREMPENSES, WILSTRIENSES, OLDESLOENSES, ciues GRUBAE et GROEMITZAE, burgenses FEMARIAE, TUNDERENSES (§. 1. 2.), quarum ciuitatum in conquirendis Juris Lubecensis Codicibus authenticis, solenni a Lubecensibus formula transmissis, hodieque superstitibus, studia

(13) ART. III. *Dieweil hiesige Stadt mit dem* Lübschen Rechte *von langer Zeit her begnadiget ist: So soll ein jeder Bürger, vermöge seines Bürger-Eydes, sich daran vergnügen lassen und kein ander Recht suchen, noch seinen Gegenpart desfalls muthwillig um- oder anderswohin zu ziehen sich unterstehen.* TUNDERAE autem iam A. 1243. concessisse Jus Lubecense ABELEM, Ducem Jutiae, postea Regem Daniae, docet documentum in CASP. DANCKWERTH Landesbeschreibung der Herzogthümer Schleswig und Holstein pag. 85.

(14) *JUS LUBECENSE* quo usque usu aliturum sit in terris HOLSATIAE olim DUCALIS, docet Reglement für die Grossfürstlich - Schleswig - Holsteinische Justitz-Kanzley in Kiel, d. d. Kiel d. 13. April 1765. ART. II. *Hiernächst wollen Wir durch das* LÜBSCHE RECHT *bloß dasjenige verstanden wissen, was in dem* ALTEN EXEMPLAR, *womit die Holsteinische Städte im Anfange bewidmet worden, enthalten ist. Da auch ferner in dem alten Lübschen Rechte einige Articuln vorkommen, die die* superioritatem territorialem *der freyen Reichs-Stadt Lübeck supponiren, mithin in Unsern Holsteinischen Städten keine Anwendung finden: So wird Unsere allerhöchste Willens-Meynung dahin eröfnet, daß die Artikuln des Lübschen Rechts, welche die* SUPERIORITATEM TERRITORIALEM *zum Grunde haben, in Unsern Holsteinischen Städten überall nicht zur Ausübung zu bringen sind*

Digitized by Google

dia laudantur, eorumque Codicum auctoritati Jus Lubecense reuisum offecisse negatur, illudque ciuitates Holsatiae et Cimbriae nec recepisse nec recipere debuisse ostenditur, siquidem in Ordinatione Prouinciali legalis tantum norma tribuatur Codicibus anthenticis, ad quos prouocans fundatam habet intentionem, utpote normam decidendi constituentes et cynosuram argumentorum Codicis reuisi, in quem plurima Codicum antiquorum capita migrarunt (§. 3. 4. 5. 6.), *secundo* ex indole receptionis, uel uniuersalis uel particularis, indoli receptionis, potestati legislatoriae nec moribus ciuicis aduersae, subsidiaria, ubi mens §. 15. Tit. 6. P. IV. Ordinationis prouincialis explicatur et obiectio de consuetudine, legem scriptam uincente, diluitur. (§. 7.)

* * *

JOHANNIS ET *ALBERTI*, Ducum Saxoniae, priuilegium, quo burgensibus in MOLNE iura ciuitatis Lubecensis, in causis suis terminandis et in sententiis, si necesse fuerit, afferendis, concesserunt, d. d. Louenburg VIII. Kal. Aug. 1272 et in die Marcelli 1302.

Extat in (JOH. GODOFR. DE MEIERN) *Nachricht von dem an die Stadt Lübeck* 1359 *verpfändeten* dominio et aduocatia Mölln, inter documenta num. VII. et VIII, pag. 9. & 10, confirmatum deinde tum a JOHANNE, Duce, Werburgi postridie S. Magni A. 1321, IBIDEM n. XXII. pag. 31. et in JOH. ZACH. HARTMANNI progr. de etymologia uocis WEICHBILD (Kil. 1734.) pag. 14, tum a SENATU LUBECENSI, in crastino S. Georgii martyris A. 1359, apud MEIERUM l. c. nr. XI. pag. 13.

JOHANNIS, Ducis Saxoniae, diploma quo oppidanis in BERGEDORPE tale ius, quale ciues de Molne dignoscuntur habere, perpetualiter erogauit, d. d. Louenburg Kal. Mart. 1275.

Quod, ab ERICO, Duce, in die Apostolorum Philippi et Jacobi A. 1305. confirmatum exstat in DREYERI Einleitung zur Kenntniss Lübeckischer Verordnungen pag. 598 et (KLEFEKERI) Sammlung Hamburg. Gesetze und Verfassungen P. X. p. 355.

VORLÄUFIGE GRÜNDE, woraus erhellet, daß von uralter Zeit und biß hieher in dem Städtlein BERGEDORF *und den* VIERLANDEN *allein das Lübeckische Recht* indistincte *in allen Sachen, wovon selbiges disponiret, überhaupt recipiret und bey dem gemeinsamen Amte*

Amte Bergedorf ſowohl als dem Städtgen in beſtändiger Obſervanz gewesen und noch ſey.

Exſtant in (KLEFEKERI) Sammlung all. loco pag. 476—479.

VORLÄUFIGE WIDERLEGUNG der Gründe, woraus erhellen ſoll, daß von uralter Zeit und biß hieher im Städtlein BERGEDORF *und den* VIERLANDEN *allein das Lübeckiſche Recht* indiſtincte *in allen Sachen, wovon ſelbiges diſponiret, überhaupt recipiret und bey dem gemeinſamen Amte Bergedorf ſowohl als dem Städtgen in beſtändiger Obſervanz geweſen und noch ſey.*

IBIDEM pag. 479—481.

ERN. JOA. WESTPHALEN diſſ. de indole practica Juris Lubecenſis in ciuitatibus MECKLENBURGICIS. Roſt. 1728.

Uſus Juris Lubecenſis in Megapoli practicus pendet ab indole receptionis (§. 1.), quae eſt ciuica, ſubſidiaria, legislationis non excluſiua, in praxi fundata, ſeu onere probandi exemta (§. 2.), quod probatur ex chartis receptionis ciuitatum (§. 3. 4. 5.). Apricatur inde in Megapoli practica indoles Juris Lubecenſis eiusque uſus fori (§. 6.), fundatus *primo* in cauſis ciuium, adeoque Burgenſium, Usburgenſium et extra territorium abſentium (§. 7.), ſecus uero in cauſis non-ciuium, ideoque miniſtrorum Eccleſiae, Academicorum, Litteratorum et Scholarium, Miniſtrorum Principum, nobilium, militum, forenſium, priuilegiatorum in locis exemtis (§. 8. 9.); *ſecundo* in cauſis non deciſis a Principe, magiſtratu, conſuetudine, obſeruantia iudiciali, quo tamen non pertinent praejudicata (§. 10.); *tertio* uniuerſim in omnibus cauſis, contraria probatione non eliſis (§. 11.), utpote contraria lege territoriali, ſtatuto contrario, moribus et obſeruantiis, non igitur ſimplici non-uſu, transactione, nudo teſtimonio Practici, gloſſis Interpretum, communibus opinionibus, praeiudiciis (§. 12.). DENIQUE de indole practica Juris Lubecenſis in ciuitate Roſtochienſi (§. 13.) remiſſiue agitur.

ERN. JOH. FRID. MANTZEL obſ. de receptione Juris Lubecenſis in ciuitatibus MECKLENBURGICIS rigoroſe probanda,

in EIUS Jur. Mecklenburg. et Lubecenſ. illuſtrat. Centur. IV. pag. 193. et p. 219.

EIUS-

EIUSDEM obſ. de Juris Lubecenſis particulis, in terris MECKLENBURGICIS paſſim irrepentibus,

IBIDEM Cent. I. pag. 20. ſeq.

EIUSDEM obſ. de Jure criminali Lubecenſi, in ciuitatibus MECKLENBURGICIS obtinente,

IBIDEM Cent. III. pag. 129.

EIUSDEM obſ. de ualore Juris Lubecenſis in urbe GUSTROVIO,

IBIDEM Cent. II. pag. 98.

ALBERTI, Ducis Mecklenburgici, priuilegium oppidi KROEPLIN *dat ſe ſcholen bruken ehres Lübeckſchen Rechts und behalten ewig und freye, dat ſy in den Stadecken, edder buten den Stadecken, bynnen allen Scheden der Veltmarke, wat Broke darbinnen velt, den ſcolen und mogen ſe richten na Lübeckſchem Recht, als ſick dat gehöret.* Suerin *des negſten Dages na unſer Frawen Dage tho Lichtmiſſen* A. 1378.

Exſtat in GE. WESTPHAL Diplomatario Mecklenburg. apud DE WESTPHALEN Monument. ined. T. IV. pag. 992.

ERN. JO. FRID. MANTZEL obſ. de uſu Juris Lubecenſis in ciuitate LÜBTZ,

in El. Jur. Meckl. et Lub. ill. Cent. II. pag. 79.

EIUSDEM obſ. de ciuitate NEO-CALDIA, Jus Lubecenſe non habente,

IBIDEM Cent. V. p. 264.

ERICI, Regis Daniae et Slauorum, conceſſio Juris Lubecenſis pro ciuitate RIBBENITZ, d. d. Warnemünde poſtero die Aſſumtionis Mariae A. 1311.

Exſtat in LAMBERTI SCHLAGGERT Chron. Coenob. Ribbenicenſis apud DE WESTPHALEN Mon. ined. T. IV. p. 848. et in DIT. SCHROEDER Papiſt. Mecklenburg P. VI. p. 926.

HENRICI, Ducis Mecklenburgici, priuilegium et inueſtitura ciuitatis RIBBENITZ cum Jure Lubecenſi, *dar ſe von*

Digitized by Google

oldes Dinges mede bewedemet ſyn, des to netende und to entgelnde, to gevende und to nehmende, ſik darum to nögen latende, d. d. Marci Euangeliſtae A. 1455.

Exſtat in ERN. JOA. WESTPHAL Specim. document. ined. Mecklenb. p. 216. HANS HINR. KLÜVER Beſchreibung des Herzogth. Mecklenb. P. II. p. 333. DAVIDIS FRANCK Alt- und Neuem Mecklenburg Lib. VIII. Cap. IX. pag. 95. et ex uernacula in Latinum translatum apud JO. MATTH. BEEHR Rerum Mecklenb. Lib. II. Cap. IX. pag. 372.

BORWINI, Domini Magnopolenſis, charta qua ROSTOCHIENSES (15) Lubecenſis ciuitatis Juris beneficio donauit, d. d. VIII. Kal. Jul. A. 1218.

Exſtat in JO. SIBRAND Jur. publ. urbis Lubecae P. I. Sect. X. pag. 95. WESTPHAL. Spec. docum. ined. p. 11. KLÜVER Beſchreib. des Herz. Meckl. P. II. p. 395, itemque in CODICE PROBATIONUM Hiſtoriſch-diplomatiſcher Abhandlung von dem Urſprunge der Stadt Roſtock Gerechtſame (Roſt. 1757.), Num. I. p. III. et in SYLLOGE DIPLOMATUM illuſtris ſcripti, quod ſub titulo: Der Landes-Fürſt in Roſtock, A. 1762 prodiit, P. I. num. 2. pag. 4.

BORWINI, Domini de Rozſtoc, diploma quo priuilegium Aui ſui confirmat et ciuitatis ROSTOCHIENSIS inhabitatoribus omnem iuſtitiam et integram Juris conſeruanciam Lubicenſis, quam a ſuis progenitoribus hactenus tenuerunt, irrefragabiliter indulget, VIII. Kal. Apr. A. 1252.

Exhibet illud NETTELBLADT l. c. Num. II. p. IV, et der Landes-Fürſt in Roſtock Num. 3. p. 4.

HENRICI, Magnopolenſis et Stargardiae Ducis, priuilegium quo Conſulibus et uniuerſitati ciuitatis ROSTOCK et eorum ſucceſſoribus in perpetuum concedit integritatem Juris Lubecenſis, prout a prima

(15) In alia quidem iuit patriae ſuae, de qua optime merebatur, acerrimus uindex, HENRICUS NETTELBLADT, Conſul quondam Roſtochienſis, cuius mihi cara ſemper erit memoria, (*in Hiſtoriſch-diplomat. Abhandlung* Sect. II §. 9. 14. et 16.), ſub denominatione JURIS ET JUSTITIAE LUBECENSIS in tabulis Principum, libertates, non Leges ciuitatis Lubecenſis intelligi arbitratus. Sed legi merentur, quae contra eum diſputat *der Landes-Fürſt in Roſtock* P. I. §. 51. ſeqq. et S. V. DREYER *in Einleitung zur Kenntniß Lüb. Verordnungen* Sect. III. Cap. XI. p. 206. ſqq.

Digitized by Google

prima fundatione ciuitatis hactenus sunt gauisi, d. d. Sabb. post octauas Corporis Christi A. 1323.

IBIDEM Num. III. p. VII. et Num. 16. p. 14, itemque in FRANCK Alt- und Neuem Mecklenburg Lib. VI. Cap. VI. pag. 54. (16)

ERN. JO. FRID. MANTZEL obs. de dubia receptione Juris Lubecensis in ciuitate SCHWAN,

in EIUS Jur. Meckl. et Lub. ill. Cent. II. p. 92.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de ualore Juris Lubecensis in ciuitate SÜLTZ, A. 1695.

IBIDEM Cent. III. p. 172. et in Select. Jurid. Rostochiens. Fasc. I. Spec. XX. p. 155. Spec. XXXIX. p. 385.

HENRICI, Ducis Mecklenburgici, priuilegium quo ciuitati WISMARIAE indulget, ut eo Jure, quo ciuitas Lubecensis fruitur, in iudiciis quibuslibet libere ac integre perpetuo potiatur, d. d. Wismar. XVIII. Kal. Maii A. 1266.

Exstat in CHRISTIANI HENRICI SENCKENBERG Select. Jur. et Hist. T. I. pag. 560.

NICOLAI, Comitis Suerinensis, diploma quo ciuitati WITTENBURG concedit idem Jus Lubecense, intra ciuitatem et extra, sicut Consules in Lubec et uniuersitas ibidem, cum bona tranquillitate libere perfruendum, d. d. Wittenburg feria tertia ante festum Palmarum A. 1319.

Exstat in GE. WESTPHALII Diplomatario Meckl. apud DE WESTPHALEN Mon. ined. T. IV. p. 958.

(16) Ast, uigore ART. XXI. §. 433. HERZOGS CHRISTIAN LUDEWIG zu Mecklenburg mit Dero Ritter- und Landschaft getroffenen Landes-Grund-Gesetzlichen Erb-Vergleichs vom dato Rostock d. 18. April 1755 (apud FRANCK l. c. Lib. XIX. pag. 262.), *sollen die in der Stadt* Rostock *wohnende oder sich aufhaltende von der Ritterschaft, nach der zwischen beyden erfolgten Vereinbarung, nicht unter dem* Lübschen Rechte, *sondern unter den gemeinen Kaiserlichen und Unserer Lande Rechten stehen, folglich in vorkommenden Fällen bloß darnach geurtheilet werden.*

Digitized by Google

GUNCELINI, Comitis Suerinensis, codicillus, quo ciuitati WITTENBURG indulget usum Juris Lubecensis, d. d. Wittenburg feria quarta Paschae A. 1323.

Exstat in JOHANNIS-PETRI DE LUDEWIG Reliqu. Manuscript. T. X. p. 49. KLÜVER Beschr. des Herz. Meckl. P. II. p. 704. FRANCK Alt- und Neuem Mecklenb. Lib. VI. Cap. VI. p. 56.

JOA. ANDR. HELVIG diss. de Juris Lubecensis non usu in ciuitatibus POMERANIAE. Gryphisw. 1733.

SECT. I. agit *de iuribus ciuitatum Pomeraniae deque Juris Lubecensis fontibus eiusque usu in iis.* In Pomerania pedetentim usu ualuerunt Jus Justinianeum, Canonicum et Feudale aliaque Teutonica Jura (§. 1—4.), nempe Saxonicum, Suerinense, LUBECENSE (§. 5. 6.), de cuius posterioris, uel priuilegiis, uel spontanea receptione, pacto etiam adoptati, origine et fontibus (§. 7—9.), antiqui Codicis Reuisione (§. 10.) et, num Jus hoc reuisum in ciuitatibus Pomeraniae, Jure Lubecensi, impari licet ratione gaudentibus, receptum sit (§. 11. 12.), disquiritur. SECT. II. *de Juris Lubecensis non usu* tractat. Jus Lubecense in quibusdam argumentis non obseruant ciuitates Pomeraniae (§. 1.), unde despiciendum est, an integre illud, an in quibusdam saltim capitibus receperint, ita ut aliter eo non utantur, quam quatenus usu inualuit (§. 2. 3.), uel generali seu uniuersali, uel speciali seu particulari (§. 4. 5.). Ad probandam inobseruantiam non sufficiunt testimonia Doctorum (§. 6—8.), conuentiones partium (§ 9.), non usus decem annorum (§. 10.), uicinitas loci, ad alium, in quo uniuersalis eiusdem est auctoritas, non extendenda (§ 11.). Per simplicem autem non usum hic uel ille Articulus pro abrogato habendus non est, neque etiam difformis obseruantia effectum Statuti abrogati sortiri potest, quin uniformis requiratur (§. 12.). Non usui seu inobseruantiae (§. 13.) fidem faciunt attestata Magistratus de obseruantia contraria (§. 15.), praeiudicia uniformia nec ex errore prolata, in casibus omnino similibus (§. 16.), testes (§. 17.). Contra articulum Juris Lubecensis abrogat Statutum contrarium (§. 18.) et inobseruantia efficit, ut uis ac potestas eiusmodi Articuli Juris Lubecensis peremta sit nec ciues obliget (§. 19.).

JARO.

Digitized by Google

JAROMARI, Principis Ruyanorum, priuilegium pro ciuitate BARTH fuper ufu Juris Lubecenfis, d. d. Barth XV. Kal. Mai. A. 1255.

Quod, a WITZLAO, filio, in uigilia Pentecoftes A. 1290 confirmatum, exftat in ALBERTI GEORGII DE SCHWARTZ diplomat. Gefchichte der Pommerfch-Rügifchen Städte p. 702.

WARTISLAI, Ducis, diploma quo ciuitatem BARTH in diftinctionibus praefcriptis habere uoluit Jus Lubecenfe cum omni utilitate et prouentu, d. d. Stralf. in die Barbarae uirginis A. 1325.

Quod, a BARNIMO et WARTISLAO, fratribus, in profefto Catharinae uirginis gloriofae A. 1395, confirmatum, exftat in JOHANNIS CAROLI DAEHNERT V. C. Sammlung Pommerfcher und Rügifcher Landes-Urkunden, Gefetze, Priuilegien, Verträge, Conftitutionen und Ordnungen, T. II. p. 362.

Herzog PHILIPP JULIUS Bewidmung der Stadt BERGEN *mit Städtifchen Gerechtigkeiten*, d. d. Wolgaft den 19. Jun. 1613. (17)

Exftat in JO. CAR. DAEHNERT Sammlung l. c. p. 454.

Herzog PHILIPP JULIUS Vertrag zwifchen den Fürftlichen Beamten auf Rügen und der Stadt BERGEN, d. d. Barth den 23. Jun. 1616. (18)

IBIDEM p. 458. et in SCHWARTZ diplomat. Gefchichte p. 551.

JOHANNIS, Epifcopi Caminenfis, diploma quo ciuitati BUBLITZ largitur Jus Lubecenfe, *des fich de Börgere derer ewiglich bruken*

(17) ART. IV. *Andere Sachen aber — follen vor dem Worthabenden Bürgermeifter gebracht werden, welcher fie in Beyfein des Richters und des ganzen Raths behören und ferner die Gebühr verordnen, auch* in ciuilibus caufis, *infonderheit was Teftament- und Erbfälle belanget, des* LÜBISCHEN RECHTS, *gleich unfern andern Städten, fich gebrauchen foll.*

(18) ART. XI. *Als auch vom Rath gebethen worden, daß die Interims-Punctation entweder ganz caffiret, oder aber zur Billigkeit gemildert und diefem Abfchiede mit inferiret werden möge: So ift diefer Punct nachfolgendergeftalls abgerichtet: des* LÜBISCHEN RECHTS *foll fich der Rath allein* in teftamentis, ultimis uoluntatibus, fucceffionibus ab inteftato, *Erbfällen und* Donationibus *gebrauchen, in andern Fällen aber foll es durchaus bey dem Rügianifchen Landgebrauch verbleiben.*

Digitized by Google

ken schölen, geliker Wyse use Stat Colberge in Brukenisse heft, d. d. Dingstages na dem Sondage Misericordia 1350.

Quod, a FRANCISCO, Duce, Coeslin VI. Mai. 1604, confirmatum, exstat in MARTINI RANGONIS Origin. Pomeran. pag. 206.

HERMANNI, Episcopi Caminensis, et WARTISLAI, Ducis Diminensis, priuilegium quo ciuitati COLBERG donauit Jus Lubecense, ut eodem iure in perpetuum gaudeat, d. d. Colberg X. Kal. Jun. A. 1255.

Exstat in FRIDERICI DE DREGER Codice Pomeraniae diplomatico P. I. p. 374.

HERMANNI, Episcopi Caminensis, priuilegium quo Jus Lubecense habere uoluit ciuitatem CÖSLIN, d. d. Bucou. X. Kal. Jan. A. 1266.

IBIDEM pag. 499.

JAROMARI, Rugianorum Principis, diploma quo ciuitati DAMGARTEN dedit ius tale, quale hi de Lubeca et hi de Stralsundia nunc habent uel hactenus habuerunt, d. d. Stralsund A. 1258.

IBIDEM p. 418. et in DAEHNERT Sammlung Pomm. und Rüg. Landes-Urkunden T. II. pag. 429.

BOGISLAI, *BARNIMI* et *OTTONIS*, Ducum Slauorum, diploma quo dederunt ciuitati DEMIN totum Jus, quod Lubeke habet, ita quod integraliter ipso Jure utatur, quod ciuitas Lubeke uerum esse dixerit uel iustum, d. d. Dymin in uigilia Assumtionis Virginis A. 1292.

Exstat apud DE WESTPHALEN in praefat. T. IV. Monum. ined. p. 121. not. (t.)

OTTONIS, Ducis Slauorum, priuilegium quo inhabitatoribus ciuitatis GOLNOW Jus Lubecense, in eorum causis agendis libere obseruandum, concedit, d. d. Dam X. Kal. Febr. A. 1314.

Exstat in CHRISTIANI SCHOETTGEN et GEORGII CPH. KREYSIG Diplomat. et Scriptor. Hist. Germ. medii aeui T. III. p. 25.

WAR-

Digitized by Google

WARTISLAI III, Ducis Diminensis, diploma quo ciuitati GREIFENBERG idem ius, quod Gripeswalde de Lubeke habetur, contulit, d. d. super Zwinam A. 1262.

Quod, a BARNIMO I, Duce Slauorum, confirmatum, exstat in DREGERI Cod. Pom. dipl. P. I. p. 456.

BUGISLAI V, BARNIMI IV et *WARTISLAI V*, Ducum, priuilegium ciuitati GRIMME concessum super usu Juris Lubecensis, d. d. Uckermünde *Dingstages na des Hilligen Cruzes-Dages* A. 1349.

Exstat in SCHWARTZ diplomat. Geschichte pag. 332.

WARTISLAI VI et *BUGISLAI VI*, Ducum, diploma quo dederunt ciuitati GRIMME Jus Lubecense intra ciuitatem et extra in omnibus suis terminis et metis, d. d. Wolgast in profesto Conceptionis Mariae Virginis A. 1373.

IBIDEM p. 336. et in DAEHNERT Sammlung Pomm. Landes-Urkunden T. II. p. 397.

WARTISLAI III, Ducis Diminensis, priuilegium quo burgensibus in GRYPESWALDE omne ius et libertatem, quam ciuitas Lubecensis habere dinoscitur, donat, ut ipso iure eadem quoque in perpetuum gaudeant libertate, d. d. Gripeswold II. Id. Mai. A. 1250.

Exstat apud SCHWARTZIUM l. c. pag. 248. et in ILL. GEORGII LUDOVICI BOEHMER progr. de iure fisci ciuitatibus mediatis, ui concessi Juris Lubecensis, non competente, pag. 5.

BARNIMI I, Ducis Slauorum, diploma quo burgensibus in GRYPSWOLD omnem libertatem et omne ius Lubecense contulit, ita ut legibus et consuetudinibus eiusdem ciuitatis perpetuo fruantur, d. d. Grypswold VI. Kal. Jun. A. 1264.

Exstat apud SCHWARTZ l. c. pag. 261. BOEHMERUM l. c. pag. 6. & in DAEHNERT Sammlung l. c. pag. 250.

BOGISLAI IV, Ducis Slauorum, diploma quo ciuitati GRYPHISWALD Jus Lubecense confirmat, quemadmodum hactenus habuit, d. d. Gripswold VI. Id. Dec. A. 1278.

Exstat apud SCHWARTZ l. c. pag. 277.

EIUS-

Digitized by Google

EIUSDEM diploma, quo Consulibus et burgensibus ciuitatis GRYFSWOLDT donauit omne ius et libertatem, quam ciuitas Lubecensis, siue ipsius ciuitatis incolae, habere dinoscuntur, ita quod, infra terminos et portum ciuitatis praedictae, cum ipsorum successoribus, eis pro tempore legitime succedentibus, ipso iure eademque libertate gaudeant in perpetuum et fruantur, d. d. Uznim IV. Id. Febr. A. 1289.

Exstat apud BOEHMERUM l. c. pag. 7.

Herzog PHILIPPI JULII Vertrag mit der Stadt GREIFSWALD, d. d. Wolgast d. 7. Mai. 1606. (19)

Exstat in Jo. SIBRANDI Jur. publ. urbis Lubecae P. I. Sect. X. p. 105 et in DAEHNERT Sammlung T. II. p. 271.

THETLEVI, Militis, Domini de Godebuz et terrae Lositz, diploma quo ciuibus in LOITZ Jus Lubecense in omnibus suis causis, tam iudicialibus, quam forensibus, concedit, ut, quemadmodum aliae ciuitates, sub Jure Lubecensi constitutae, praedicto Jure fruuntur, ipsi similiter eodem Jure frui cum omnimoda gaudeant libertate, d. d. Lositz A. 1242.

Quod, a WITZLAO III, Principe Ruyanorum, Stralsundis dominica quadragesimae, qua candatur: Laetare Hierusalem A. 1299, confirmatum, exstat in DREGERI Cod. Pom. diplom. l. c. p. 218 et DAEHNERT Sammlung l. c. pag. 377.

HERMANNI, Episcopi Caminensis, charta qua ciuitati MASSOW concedit, ut in iudicio et in omnibus ipsorum negotiis, causis et agendis, frui debeant Jure Lubecensi, quemadmodum idem Jus in aliis

(19) ART. XI. *Wir wollen unsern zum Gericht verordneten Räthen auferlegen, daß in den Sachen, welche vom Greifswaldischen Stadtgericht* per uiam Appellationis *an Unser Hofgericht devolviret, Inhalt des im Druck publicirten Lübschen Rechts, sententioniret werden soll. Wann aber die Greifswaldische Bürger, oder andere Appellanten,* pro grauamine *einführen würden, daß der Artikel des Lübschen Rechts, darauf es beruhet, daselbst zu Greifswald* in uiridi obseruantia *nicht sey, sondern* consuetudo, per iudiciales actus recepta, in contrarium *laufe, alsdann soll der Appellant* ad probandum grauamen *zugelassen und, vermöge Unser Hofgerichts-Ordnung, mit den Prozessen verfahren werden.*

Digitized by Google

aliis suis ciuitatibus obseruatur, d. d. Massow feria secunda post dominicam Inuocauit A. 1286.

Quae, a JAROMARO, Episcopo, Logenitz in uigilia Annunciationis Mariae Virginis A. 1290, confirmata, exstat in SCHOETTGEN. et KREYSIG Diplomat. l. c. pag. 11.

DUBISLAI, militis, dicti DE WOTUCH, charta qua ciuitati PLATE idem ius, quod Gryphenbergae a Gryphiswaldo habetur, contulit, d. d. Gryphenb. in die b. Kyliani martiris A. 1277. (20).

PETRI, Comitis in Nuwenburg, JOHANNIS et LAURENTII, Pomeraniae Palatinorum, concessio Juris Lubecensis pro ciuitate RÜGENWALDE, A. 1312.

Exstat in JO. PET. DE LUDEWIG Reliqu. Manuscr. T. IX. p. 582.

BOGIS-

(20) Quae, quantum scio, hactenus inedita ex apographo, a S. V. DREYERO olim communicato, ita sonat: *Uniuersis Christi fidelibus, praesens scriptum intuentibus,* DUBISLAUS *miles, dictus* DE WOTUCH, *salutem in Jesu Christo. Euanescunt simul cum tempore, nisi recipiant uoce testium aut scripturae memoria firmamentum. Quapropter notum esse cupimus, tam praesentibus, quam futuris, quod nos nouae ciuitati* PLOTAE, *super Regam sitae, — mansos et — mansos ecclesiae eiusdem ciuitatis cum integritate decimae duximus perpetuo conferendos. Ex istis — mansis contulimus* Hildebrando et Syfrido, *possessoribus dictae ciuitatis, — mansos, cum iure ciuitatensi, eorumdemque heredibus, perpetuo possidendos. Praeterea iam dicti possessores tertiam partem in molendinorum praeuentibus, quae in aquis, ciuitati adiacentibus, fundari poterunt, hereditatemque in iisdem ante alios obtinebunt. Insuper* idem ius, quod Gryphenbergae a Gryphiswaldo habetur, *nostrae ciuitati contulimus. Ab illo quoque tempore, quo dicta ciuitas sumsit initium, ipsi duodecim annis ab impositionum petitione contulimus libertatem. Praeterea agri memoratae ciuitati, secundum iura aliarum ciuitatum, a solis tantum Consulibus porrigentur. Insuper ad aedificia nemus et ligna, quae nostra esse dignoscuntur, ipsis indulgemus, uel quae nostris possumus obtinere precibus et rogatu. Praeterea saepe dictis possessoribus et dictae ciuitatis incolis munitionem firmam, sine eorumdem laboribus et expensis, exhibemus, in piscationibus, uenationibus, ceterisque usuariis agrorum dictae ciuitatis, ipsis libertatem plenius indulgentes. Cum haec agerentur, astiterunt* Dominus Hermannus Thuringus et Vidante, miles, Henricus de Rostock, Wernerus Westphalus, Johannes de Valehusen, Ulricus Faber, Arnoldus Ruffus, Henricus de Deseco, Hermannus de Warne, Hermannus Chire, Hildebrandus Tymme de Grypswald, *qui eo tempore nouae ciuitati Gryphenbergae consilio praesiderunt, uasalli quoque Domini* DUBISLAI, Johannes de Candelin, Lützou, Johannes de Buckowe, Henricus Langus, Lambertus Mille, Henricus de Ponte *et quam plures alii fide digni.* Actum Gryphenbergae Ao. Dni M. CC. LXXVII in die beati Kyliani Martiris. SIGILLUM, quo haec fundatio subsignata, TRIANGULARE et magnum est, cui impressa est STELLA cum LUPO PROSILIENTE.

BOGISLAI, BARNIMI et *OTTONIS*, Ducum Slauorum, diploma, quo ciuitati STARGARD plenum ius Lubecense largiuntur, ita quod ipso Jure perpetuis temporibus gaudeat, secundum omnem consuetudinem, quae coram ciuitatis Lobeo Lubecensis obseruatur, Jus Magdeburgense, quo ex primo fundationis tempore usi sunt incolae, penitus et integraliter deponendo, et, si eorum uasalli, quicunque fuerint, in dicta ciuitate excesserint seu in eius terminis, et de eo conuicti, potiantur forum Lubecense et, si de tali excessu emenda pecunialis excreuit, ipsa emenda secundum consuetudinem diuidatur Juris Lubecensis, d. d. Dimin die undecim millium uirginum A. 1292.

Exstat in SCHOETTGEN. et KREYSIG. Diplomat. T. III. pag. 15.

WOLDEMARI et *JOHANNIS*, Marchionum Brandenburgensium, priuilegium quo ciuitati STOLPE (21) indulgent, ut in ciuitate et inter singula propria ciuitatis Jus habeant Lubecense, quo quidem Jure iidem ciues, una cum Aduocato, uniuersos et quoslibet excessus et causas quascunque debebunt integraliter iudicare, d. d. Kremptzou in crastino natiuitatis b. Mariae uirginis A. 1310.

Exstat in PHIL. WILH. GERCKEN Fragment. Marchic. P. II. pag. 31. et ab iisdem sub dato Spandow in die purificationis Mariae A. 1313. confirmatum, in SCHOETTGEN. et KREYSIG. Diplomat. T. III. Num. XXXVI. et XXXVII. pag. 22 et 23.

STATUTA der Stadt STOLPE *in Hinterpommern, samt Stolpischen Stadtgebräuchen, oder, wie man es nennet,* LÜBISCH RECHT (22) A. 1611.

Exstant in AUGUSTI FRIDERICI SCHOTT, V. C. opere, bonae frugis plenissimo: Sammlungen zu den Deutschen Land- und Stadt-Rechten P. I. pag. 241 — 262.

WITZLAI I, Principis Ruganorum, priuilegium quo ciuitati STRALSUND eamdem iustitiam confert, quae ciuitati Rostock a Domino

(21) Conf. Concord. Senatus et ciuium STOLPENSIUM A. 1525, apud SCHOETTGEN. et KREYSIG. l. c. pag. 261. D.

(22) ART. V. *Alle Einwohner sollen sich am* LÜBESCHEN RECHTE, *damit sie von der Herrschaft, unsern gnädigen Fürsten und Herren, bewidmet und privilegiret seyn, begnügen lassen;* quatenus longo usu et consuetudine receptum est, *sonsten*, deficiente statuto et more ciuitatis, *wird nach dem* Jure ciuili *gesprochen.*

Digitized by Google

mino Borvino est collata, d. d. *Charenz* I. Kal. Nou. A. 1234, *Perun.* VI. Kal. Mart. A. 1240. et *Stralsund.* feria IV. post Laetare A. 1241.

Exstat in SCHOETTGEN. altem und neuem Pommer-Lande pag. 385, SCHWARTZ Diplomat. Geschichte p. 37 et 42, DREGER Cod. Pomer. Dipl. P. I. pag. 165. DAEHNERT Sammlung T. II. pag. 3.

WITZLAI IV, Principis Ruyanorum, diploma quo ciuitati STRALSUNDENSI omne Jus Lubecense ita libere donauit, sicuti Lubecenses tam in ciuitate sua, quam suis proprietatibus, perfrui liberius dinoscuntur, d. d. Stralf. in dominica, qua cantatur Laetare A. 1319.

Exstat in DAEHNERT Sammlung l. c. pag. 8.

ERBVERTRAG zwischen Herzog PHILIPP JULIUS *und der Stadt* STRALSUND den 11. Jul. 1615. (23)

IBIDEM pag. 52. et in CONR. FRIEDL. DE FRIEDENSBERG Pract. Forens. Fasc. Formul. pag. 617. itemque JOA. ANDR. HELVIG diss. de Jur. Lub. non usu in ciuitat. Pomeran. p. 14.

VERTRAG zwischen dem Rath der Stadt STRALSUND *und den Hundertmännern daselbst*, d. 14. Febr. 1616. (24)

IBIDEM pag. 67.

(23) ART. XII. *Am Fürstlichen Hofgerichte sollen, in den Stralsundischen Sachen, der Stadt Stralsund Begnadungen, Statuten und Gewohnheiten und daneben* in specie *das* Lübische Recht, *damit die Stadt Stralsund bewidmet, im Verabscheiden observiret und auf den Fall, da einige* disputatio *vorfallen sollte*, ob in casu controuerso *das* Lübische Recht, *wie es im Druck ausgegangen, in Stralsund üblich und beliebet, oder vielmehr* per contrariam consuetudinem *abgeschaft worden sey: So soll dem Buchstaben des* Lübischen Rechts *so lange nachgegangen werden, biß daß derjenige, so sich auf* contrariam obseruantiam *berufet, dieselbe* legitime *erwiesen, oder auch Rath und Bürgerschaft sich einer special Declaration ihres Stadt-Rechts vereiniget haben, welches alsdenn in Abfassung der Urthel attendiret und nicht anders, als darinn decidiret, gesprochen werden soll. Es soll auch den streitenden Partheyen jederzeit verwilliget werden, so oft sie es begehren, und insonderheit wenn die* Acta *zu verschicken, daß bey der Rotulation Extract aus dem* Lübischen Rechte *und diesem Vertrage, unter des Fürstl. Hofgerichts*-Protonotarii *Hand, oder auch das ganze* Lübische Recht *und dieser Vertrag beygeleget werde.*

(24) ART. I. *Weil aber das* Lübsche Recht *an etlichen Orten* obscur *und zweifelhaft, auch in etlichen Puncten allhier nicht observiret wird, dadurch denn viele unnötige disputationen erreget und die Bürger in ihren Sachen in weitläuftige Geldfressende Prozesse öfters geführet werden: Als ist vor gut und rathsam angesehen, daß Ein Ehrbarer*

Digitized by Google

BUGISLAI, Ducis, et TITBOLDI, Abbatis, literae conuentionis super possessione ciuitatis TREPTOW cum Teutonicis et Jure Lubecensi, secundum formam iuris et libertates ciuitatis Grypswold ac aliarum ciuitatum, mari adiacentium, d. d. Belbuck VI. Id. Mart. A. 1285.

Exstat in MART. RANGONIS Origin. Pomeran. pag. 190.

BUGISLAI, Ducis, et TITBOLDI, Abbatis, priuilegium pro ciuitate TREBETOW, quod Consules et incolae ciuitatis ipsius Jus

barer Rath forderſamſt und ſobald das Regiment beſtändiglich hinwieder erſetzet und verfaſſet, ſich bemühe und reiſlich deliberire, wie und masgeſtalt gemeldete STATUTA LUBECENSIA *in zweifelhaften Puncten zu erklähren und in welchen Fällen davon* per consuetudinem contrariam *abgewichen, deutlich exprimiret und alles zur beſtändigen Gewißheit gebracht und alsdann, mit Beliebung und Conſens der ehrliebenden Hundertmänner, neben den Lübſchen Rechten, oder auch abſonderlich in den Druck gegeben, oder ſonſt publiciret und darnach, in vorfallenden ſtreitigen Sachen, geurtheilet und geſprochen werde.* Quod quo modo factum sit, lubet uerbis uiri, dum uiueret, omnibus bonis charissimi, et patriae suae, de qua bene merebatur, praematuro nimis fato erepti, B. CHRISTI. FRIDL. BRANDENBURG, ex scheda d. 13. Mai. 1771. mecum communicata, hic apponere: *Dieſem* desiderio *der Bürgerſchaft und dieſer Annahme des Raths hatte, wegen der bald nach Errichtung des Bürgervertrages einfallenden und viele Jahre fortwährenden Kriegsunruhen und anderweitiger Behinderungen, kein Genüge geſchehen können, weshalb die Bürgerſchaft im Jahr 1673. Anlaß nahm, unter manchen andern* grauaminibus *und* monitis, *auch darüber Beſchwerde zu führen, daß die Reviſion des Lübſchen Rechts, welche im Bürgervertrage verſprochen worden, bißher nicht bewerkſtelliget ſey und auf deren forderſamſte Veranſtaltung zu dringen. Hierauf erfolgte, abſeiten Eines Hochedlen Raths, unterm 7. Jan. 1674. eine* Resolutio monitorum Collegii Centumuiralis, *worinn es, ſo viel den gegenwärtigen Punct anbetrift, folgendergeſtalt heiſſet:* Und iſt, was num I. ad Art. I. des Bürgervertrages erinnert, des Raths Meinung dieſe, daſs, weil Herrn MEVII *Tractat* über das Lübſche Recht nunmehro längſt herausgekommen, darinn der desiderirte Unterſchied der hieſigen und der Lübſchen Stadt-Rechte enthalten iſt, man Deputatos Collegii und einen jeden, der alhier zu Rechte gehet, dahin zu verweiſen hat. *Bey dieſer Reſolution des Raths hat die Bürgerſchaft acquieſciret und iſt danächſt von einer Reviſion des Lübſchen Rechts nicht weiter die Rede geweſen, vielmehr in den Gerichten allemal dem* COMMENTARIO MEVII *in allen Fällen, wo er von dem* non usu *des Lübſchen Rechts in hieſiger Stadt, oder von den* differentiis Juris Lubecensis *von der hieſigen* praxi *atteſtiret, nachgegangen worden. Es erhellet alſo hieraus, daß der* COMMENTARIUS MEVII *über das Lübſche Recht nicht durchgängig, ſondern nur in den eben angezeigten Fällen,* ex placito Senatus et ciuium, auctoritatem legalem *habe, indem man in andern Puncten, wo er bloß interpretiret und oftmals alles gar zu ſehr nach dem Römiſchen Leiſten abmiſſt, bey den anitzt beſſer, als zu ſeinen Zeiten aufgedeckten Quellen der Deutſchen Rechtsverordnungen und* Statutorum, *von ſeinen Gedanken und Meynungen abzugehen und richtigern Erläuterungen zu folgen, ſich kein Bedenken macht.*

Digitized by Google

Jus Lubecenſe habeant et ſecundum hoc iudicent omnes cauſas emergentes, eoque iure, iuſtitia, iudicio, ſtatutis, conſuetudinibus et libertatibus omnibus libere et in perpetuum utantur et uti debent, quo et quibus ciuitas Gripeswold iis ſingulis perfrui hactenus eſt conſueta, d. d. Belbuck in uigilia Aſcenſionis Domini A. 1287.

IBIDEM pag. 195.

WITZLAI III, Principis Ruyanorum, priuilegium quo ciuibus in TRIBUSES eam contulit libertatem, quam burgenſes in Roſtock habent, in cauſis quibuslibet Jus Lubecenſe iugiter exequendi, d. d. Lubek in die Palmarum A. 1285.

Exſtat in DAEHNERT Sammlung T. II. pag. 423. et (MÄNTZEL) Bützowſchen Ruheſtunden T. IV. P. 24. pag. 71.

BOGISLAI, Ducis Venedorum, priuilegium quo ciuitati Uſſenim (USEDOM) indulget, *dat Lübſche Recht ewichliken tho beſittende, dat ſe ſcholen eſchen unde ſukern thom Gripeswolde, wen Not unde Behuf is*, d. d. Anclam des negeſten drudelen Dages von der Bord Jeſu Chriſti A. 1298.

Quod, a Ducibus, BARNIMO et WARTISLAO, ſub dato Tanglim des negeſten Sondages von dem Feſte des Biſchops Martini A. 1399. itemque a GEORGIO et BARNIMO Uſedom Donredages na dem Sundage Jubilate A. 1524. confirmatum, exſtat in SCHOETTGEN. et KREYSIG. Diplomat. T. III. pag. 17. et 250.

BOGISLAI IV, Ducis Slauorum, diploma quo ciuibus in WOLGAST Jus, quod Lubecenſes, Grypeswaldenſes et Dyminenſes habere noſcuntur, legitima donatione donauit, d. d. Uckermünde menſe Mai. A. 1283.

Exſtat in DAEHNERT Sammlung T. II. pag. 348.

✣ ✣ ✣

JOH. ULR. L. B. DE *CRAMER* disquiſitio: *Ob im Hochſtift* PADERBORN *communio bonorum inter coniuges allgemein und in vorkommenden, die effectus dieſer communion betreffenden Streitfällen, zum Lübeckiſchen Recht und deſſen Commentatoren die Zuflucht zu nehmen ſey?*

in EIUS Wetzlariſchen Nebenſtunden P. LVI. pag. 86—97.

Digitized by Google

✲ ✲ ✲

CASIMIRI, Poloniarum Regis, priuilegium quo ciuitati ELBING concedit Jus Lubecenſe, d. d. Marienburg. die Bartholomaei Apoſtoli A. 1457.

Exſtat in Preuſs. Sammlung ungedruckter Urkunden (Danz. 1747.) Tom. I. Part. V. pag. 321.

✲ ✲ ✲

DAVIDIS MEVII commentatio de hiſtoria, receptione, obligatione, obſeruantia, effectu et interpretatione Juris Lubecenſis.

Quae eſt inſtar praeliminarium Commentarii in Jus Lubecenſe, editionis, qua utor, Francofurtanae A. 1744, quibus exhibentur quaeſtiones: I) de hiſtoria Juris Lubecenſis (p. 3 — 7.); II.) de receptione Juris Lubecenſis (p. 7 — 12.); III.) de iis perſonis, quas Jus Lubecenſe receptum obligat uel non obligat (p. 12 — 16.); IV.) an et quatenus forenſes ligentur et utantur iis, quae Jure Lubecenſi ſcripta ſunt (p. 16 — 19.); V) quando in urbe aliqua Juris Lubecenſis obſeruantia uiget, an illud procedat in ſingulis eius locis, adiacentibus, nuper adquiſitis et exemtis (p. 19 — 23.); VI.) an Juris Lubecenſis recepta obſeruantia ſe extendat extra condentium aut recipientium territoria et diſtrictus (p. 23 — 26.); VII.) in quibus cauſis Jus Lubecenſe attendatur et quid, eius diſpoſitione ceſſante, in decidendo ſequamur (p. 26 — 29.); VIII.) An ciuitas, quae Jure Lubecenſi utitur, particeps ſit illorum omnium, quae ex iſto ad ius publicum ſpectant, aut ſpeciatim de ciuibus Lubecenſibus diſponunt (p. 29-31.); IX.) de effectu Juris Lubecenſis ſeu quid operetur, ubi conſtitutum uel receptum eſt (p. 31 — 36.); X.) de Juris Lubecenſis interpretatione (p. 36 — 38.).

JOACHIMI JOHANNIS RANGONIS diſſ. de Bylaginibus Lubecenſium, ſiue concordantia Juris Lubecenſis cum Jure Suecano. Gryphisw. 1697.

Praemiſſa ad ANTONIUM WINCKLERUM, Conſulem Lubecenſem, epiſtola, primo de legum Sueo-Gothicarum origine, antiquitate, forma, breuitate, aequitate, auctoritate et uſu diſſerit elegantis ingenii auctor, ſimulque docet, uocem: BYLAGINUM a Gothico BY, quod idem eſt ac oppidum ſeu ciuitas, et LAGH, quod legem ſignificat,

significat, descendere, quasi dixeris ius ciuile ant ciuitatis (p. 6 — 18.), deinde totus in eo est, ut Jus Lubecense maximam partem natales suos debere Legibus Suecorum antiquissimis, ductis ab istarum Legum breuitate (p. 19 — 21.), conuenientia mulctae et poenae (p. 21. 22.), legum utriusque Juris consensu, quae plerisque in locis ad uerbum conueniunt (p. 22 — 25.) et praxi ipsa (p. 25 — 28.) argumentis, demonstret.

Cap. III.

DE SCRIPTORIBUS, QUI PER TOTUM JUS LUBECENSE SE DIFFUNDUNT.

H*ENRICI CAMERARII proiectirtes und mit dem Jure Lubecensi conferirtes Rostockisches Stadt-Recht.* 1597.

Exstat in Klüver Beschreibung des Herzogth. Mecklenb. P. II. pag. 526 — 578 sub rubro: Erklaerung in welchen Puncten das Lübsche Recht in Rostock anderergestalt zu observiren. Scriptum illud est rogatu Senatus Rostochiensis, in quo singulos Juris Lubecensis articulos cum praxi et foro Rostochiensium, hoc est, cum ordinatione politica et iustitiaria Rostochiensi, cum legibus et pactionibus Ducalibus, cum fidis obseruantiis, libris et actis iudicialibus contulit, publica tamen, ut ex ipsis Camerarii literis, in collectione rerum literariarum Rostochiensium *(Etwas von Rostockschen gelehrten Sachen)* A. 1738. pag. 290. obuiis, apparet, auctoritate destituitur. uid. Westphal. diss. de origine et fontibus Jur. Lubec. p. 66. Nettelbladt notitia Scriptor. Ducatus Megapol. Cl. III. p. 109.

JOHAN. SIBRAND Centuria I. differentiarum Juris ciuilis et Lubecensis, siue thesium et antithesium. Rost. 1615.

Recusa exstat in calce Commentarii ad Jus Lubecense Meviani, cura Wolfg. Adam. Schoepfii Frf. 1744. editi.

EIUSDEM urbis Lubecae et Anseaticarum, nec non Imperialium ciuitatum Jura publica enucleata, *der Stadt Lübeck und anderer*

Digitized by Google

der Anse-wie auch Reichs-Städte Herrlich- und Gerechtigkeiten. Rost. 1619.

Recusa IBIDEM pag. 1—119.

DAVIDIS MEVII Commentarii in Jus Lubecense PARS I. ET II. Lipſ. 1642. PARS III. ET IV. *ibidem* 1643. et, adjectis quibusdam ſuper controuerſiis iſtius Juris Reſponſis et nonnullis conſtitutionibus, Frf. 1664. 1679. 1700. Frf. et Lipſ. 1744. (25)

FRID. MOVII differentiae Juris communis et Lubecenſis, ex Meuiano Commentario excerptae. Sedin. 1669.

GE. GISB. GLOECKNER diſp. exhibens differentias Juris Lubecenſis patrii et communis Romano-Germanici, Reſp. ANDR. BILDERBECK, *Lubecenſi.* Heidelb. 1672.

Hanc, *inquit* JO. MOLLERUS Cimbr. Liter. T. I. pag. 44, diatriben (quam ſuo eſſe ductu ſcriptam NIC. CPH. LYNCKERUS, in *Scriptorum Catalogo*, A. 1696 edito et Lib. II. *Inſtruct. Forenſ.* Sect. II. P. I. Cap. II. profitetur) ceteris, qui iuris ciuilis et Lubecenſis differentias congeſſerunt, omnibus BURCH. GOTTH. STRUVIUS, Giſſae praeſide Lynckero propoſitam eſſe, falſo tradens, in *Biblioth. Jur. ſel.* Cap. III. §. 70, praetulit et MORHOFIUS etiam T. III. Polyhiſtoris Lib. VI. Sect. X. commendauit.

FRID. GERDES Seſquicenturia praecipuarum differentiarum Juris communis et Lubecenſis. Gryphisw. 1674.

Recuſa exſtat in EIUS Operum, cura AUGUSTINI BALTHASARIS editorum, T. II. pag. 247—356. CAPUT I. agit de Judicialibus; CAP. II. de Succeſſionibus et ultimis uoluntatibus; CAP. III. de Contractibus; CAP. IV. de Delictis; CAP. V. de Feudis.

SAMUELIS STRYCK diſp. exhibens Jus Lubecenſe ad methodum Inſtitutionum, ſubiunctis iuris communis differentiis, Reſp. ANTONIO DANIELE SONNEMANN, *Lubecenſi.* (26) Frf. ad Od. 1674.

Integrum Jus Inſtitutionale auctor contulit cum Jure Lubecenſi, cuius differentias ab elementari communi, tam in argumento perſonarum, quam rerum

(25) Hiſtoriam intermorituri numquam operis eleganter, ut ſolet, delineauit PERILL. AUGUSTINUS DE BALTHASAR in *Monumento aeternae memoriae immortalis* DAVIDIS MEVII, *ipſo anno eius emortuali ſeculari MDCCLXX, erecto*, pag. 66—74.

(26) Poſtea J. U. D. ejusque in Academia Viadrina Profeſſore. uid. B. SEELENII *Athen. Lubec.* P. III. p. 153.

Digitized by Google

rerum et actionum, seu processus, studiose eruit. uid. WESTPHAL. Spec. document. ined. Meckl. p, 32.

PAULI KOCH Specimen collatarum differentiarum Juris Romani, Saxonici staturariique ciuitatum Bremensis, LUBECENSIS, Hamburgensis, Oldenburgensis et Verdensis. Oldenb. 1676.

DAVIDIS MEVII Responsa super Jure Lubecensi de quibusdam controuersiis et materiis quotidianis, ex isto praecipue decisis et expositis.

Reperiuntur in calce Commentarii ad Jus Lubecense editionis Francofurtanae Anni 1679. pag. 15—136. et quae cum praefatione WOLFG. ADAMI SCHOEPFII, JCti Tubingensis, Francof. et Lips. A. 1744 prodiit, pag. 13—98.

EDUARD. LUD. KUNDENREICH diss. de obligationibus mulierum ex Statuto Lubecensi. Alt. 1685.

GOTTHARDI DE *KIRCHRING* ET *AB HOEVELN* Notae ad Jus Lubecense.

Exstant in (CHRISTIANI DE NETTELBLA) Greinir, siue Nachlese von Abhandlungen, Anmerkungen, ungedruckten und seltenen gedruckten Sachen (Stockholm 1763. 4.), P. II. nr. IV. p. 90—202.

JO. KLEIN disp. exhibens conuenientias Juris Culmensis et Gedanensis cum iure communi, Saxonico, Prutenico et Lubecensi, in XII. Decades diuisas. Rost. 1698.

Recusa reperitur in EIUS DISSERTATIONUM, iunctim editarum, VOLUMINE p. 687-772.

GOTTFR. CHRISTIANI GOETZE diss. de aequitate Juris Lubecensis, Resp. ANDREA LANGE, *Lubecensi.* Lips. 1703.

Praemissis nonnullis de prudentia legislatoria (§. 1—5.), laudatur Lubecensium iustitia, legesque illorum ab omni iniquitatis specie liberantur (§. 6.), Juris Lubecensis articuli, qui uel iniustitiae accusantur, uel quorum aequitas dubia forsan uideri possit, uberius et ad aequi bonique naturam expenduntur (§. 7.). Hinc unius Senatoris testimonium ad probandam rei gestae ueritatem interdum sufficere (§. 8.) ostenditur

Digitized by Google

prohibitae rerum immobilium in exteros alienationis ratio inueſtigatur (§. 9.), num recte debitores in carcerem detrudi, uel ad manus creditorum addici queant (§. 10.), et ſimul de decoctoribus poenarumque in iſtos ſtatutarum aequitate disquiritur (§. 11.), in matrimonio contrahendo parentum, iisque defunctis tutorum et cognatorum conſenſum optima ratione exigi (§. 12.) et uxorum pro maritis obligationem iniquam non eſſe (§. 13.) docetur, breuiſſimum intra quod currit praeſcriptionis tempus (§. 14. 15.) defenditur, promiscuam teſtamentifactionis licentiam feminis haud male negatam (§. 16.), nec male liberos illegitimos, modo alimenta iis relinquantur, a ſucceſſione parentum excludi (§. 17.) probatur, de aequitate ſeparationis liberorum (§, 18.), negata rei commodatae, ſalua commodati actione, contra tertium uindicatione (§. 19.), iuſta in fures patibuli poena (§. 20.) et num adulteris capitale ſupplicium remitti poſſit (§. 21.), disquiritur.

GE. ADOLPHI CAROC poſitionum iuris communis, cum Lubecenſi collatarum, iuxta ſeriem titulorum Pandectarum, Sylloge I—IV. Gryph. 1705.

CHRISTIANI GODOFR. FOERTSCH diſp. de Jure ſingulari Foeminarum Lubecenſium. Harderou. 1728.

NIC. GOTTFR. STEUERNAGEL Memorabilia Statutorum Lubecenſium et Hamburgenſium axiomatico-harmonica, *vorſtellend die fürnehmſten Merkwürdigkeiten des Lübeckiſchen Stadt-Rechts, worin daſſelbe mit dem Hamburger Stadt-Recht übereinkommt, auch von ſelbigem und gemeinem Kayſer-Recht abgehet, mit beygefügten locis parallelis des alten Codicis und dienlichen notis erläutert, mit Approbation der Roſtockſchen Facultät.* Altona 1731.

In mantiſſa diſſertationis MANTZELIO-NETTELBLADTIANAE *de praeſtantia Juris Lubec. circa fidem ciuium augendam*, mox laudandae, Auctor: publicauit, *inquit*, A. 1731. Dn. Nic. Gottfr. Steuernagel Memorabilia Statutorum Lubecenſium et Hamburgenſium axiomatico-harmonica. Scripſit idem in rubro: MIT APPROBATION DER ROSTOCKISCHEN FACULTAET. Conſtet autem hac uoce omnibus, quod, quamuis ille labor ſuo dignus ſit pretio, tamen numquam Facultatis Juridicae Roſtochienſis approbatio ſit deſiderata.

STEPH.

Digitized by Google

STEPH. ALBERTI Jus Pandectarum, ex ipsis legum fontibus depromtum, cum Statutis uariorum locorum, ut Magdeburgicis, Saxonicis, Lubecensibus et Hamburgensibus et Constitutione criminali Caroli V. collatum, ad forum hodiernum accommodatum multisque praeiudicatis et Responsis confirmatum. Regiom. 1733.

ERN. JOH. FRID. MANTZEL diss. de praestantia Juris Lubecensis circa fidem ciuium augendam, *von dem durch das Lübsche Recht ausnehmend beförderten Credit-Wesen.* Rost. 1734.

Fidem ciuium auget communio bonorum coniugalis, ita ut uxor debita, a marito contracta, expungere teneatur (§. 2.), nisi matrimonium sit improle, cuius distinctionis ratio inuestigatur (§. 3.). Ad promouenda commercia augendamque ciuium fidem multum facit canon Juris Lubecensis: *Hand muß Hand wahren*, eiusque aequitas defenditur (§. 4.) et, num ille ad res furtiuas aliasque uitiosas pertineat, (§. 5.) disquiritur, sententia, Art. I. Tit. II. Lib. III. de eo saltem casu accipiendum esse, ubi commodatarius est soluendo, refutatur (§. 6.) et exceptiones nonnullae a regula traduntur (§. 7.). Fides ciuium augetur per distinctionem inter pignus et hypothecam (§. 8. 9.), speciatim hypothecas publicas, quum nulla Jure Lubecensi ualeat hypotheca in fundis domibusue, nisi sit publica (§. 10.), limitationes exponuntur (§. 11.) et hypothecam, extra iudicium solo pacto constitutam, nil operari docetur (§. 12.). Fidem auget rigor Juris Lubecensis in praescriptione annali (§. 13.), resignatio iudicialis (§. 14.), praelatio depositi, ob perfidiam depositarii non amplius exstantis (§. 15.), usuras creditoribus, qui annuatim illas sibi solui neglexerunt, ultra unum annum non assignari (§. 16.), restrictio sumtuum in funus debitoris (§. 17.), maiorem Creditorum partem minori haud nocere (§. 18.), durus aduersus debitores procedendi modus (§. 19.). Fides augetur in doctrina de fideiussoribus (§. 20. 21.), iudicio peregrinorum, *Gast-Recht* (§. 22.).

JOACH. LUC. STEIN gründliche Abhandlung des Lübschen Rechts, worinn dies aus mittlern Zeiten herrührende Jus Germanicum aus den wahren Quellen hergeleitet und zureichend expliciret wird, Erster Theil, *in sich fassend die Rechte der Personen.* Leipz. 1738. Zweeter Theil, *in sich fassend von dem Rechte der Sachen die dinglichen Rechte*, IBIDEM 1741. Dritter Theil, *in sich fassend von dem Rechte der Sachen die persönlichen Rechte.* Rostock 1745. Vierter

 Theil,

Digitized by Google

Theil, *in sich fassend die Rechte des gerichtlichen Prozeßes*, IBIDEM 1745. Fünfter Theil, *oder Abhandlung des Lübschen See Rechts*, *worinn auch die Verordnungen des Hänsischen See-Rechts durchgängig mitgenommen werden*, *nebst nötigen Aenderungen und Zusätzen zu den beyden ersteren Theilen der Abhandlung des Lübschen Rechts*. IBIDEM sine Anno.

JOHANNIS ULRICI CRAMER diss. de interpretatione Statutorum, Resp. HENRICO CONRADO KREFFTING, *Lubecensi*. Marb. 1739.

Recusa exstat in EIUS OPUSCUL. T. III. nr. V. CAP. I. de interpretatione legum in genere tractat; CAP. II. de interpretatione Statutorum in specie agit, ubi, quae tradita sunt, ad illustranda uaria Juris Lubecensis loca applicantur.

HERMANNI HENRICI ENGELBRECHT Selectiores Consultationes Collegii JCtorum Academiae Gryphiswaldensis, quibus uaria eademque utiliora iurium Germaniae, et communium et prouincialium, sigillatim LUBECENSIS, argumenta exposita et illustrata. Stralf. et Gryphisw. 1741.

EIUSDEM diss. de eo, quod est superioritatis territorialis in Jure Lubecensi. Gryphisw. 1742.

CAP. I. *de Superioritate territoriali liberae ac immediatae Imperii ciuitatis Lubecensis in genere et quantum eius intuitu differat a municipalibus*, *quae eius iure utuntur*, agit. Dignitas Juris Lubecensis (§. 1.), origines et fata ciuitatis Lubecensis (§. 3—7.) exponuntur, superioritate territoriali instructae (§. 8—10.), quae, quum per omnem rem publicam, in negotiis tam sacris quam profanis, se exserat, in priuatos et, quae priuatorum iure censentur, Ciuitates Prouinciales, non cadit (§. 11. 12.), ideoque illae eiusmodi iurium, quae ad eam pertinent, plane expertes sunt (§. 13. 14.), quod pluribus argumentis contra MEVIUM defenditur (§. 15—17.) et ad ciuitates, ut uocant, mixtas applicatur (§. 18.). CAP. II. *de iis Juris Lubecensis capitibus speciatim*, *quae ex superioritate liberae huius reipublicae territoriali deriuanda sunt*, tractat. Reipublicae Lubecensi, ut liberae Imperii ciuitati, competunt Regalia tam maiora quam minora (§. 1.), unde habet Jus Leges ferendi, quod inepte ad

Digitized by Google

ad municipalium ſtatuta trahitur (§. 2.), Jus Sacrorum, ad ciuitates mediatas non translatum, quod Ipſa tempore conceſſionis Juris Lubecenſis nondum exercuit (§. 3.), Jus recipiendi peregrinos uel non, etiam Judaeos (§. 4.), Jus armorum (§. 5.), Jus legationum (§. 6.), Jus monetandi (§. 7.), Jus occupandi bona uacantia (§. 8.), Jus uiarum publicarum et fluminum, indeque capiendorum uectigalium (§. 9.), Jus concedendi ſaluum conductum (§. 10.). De iure detractus, ueniã aetatis, moderamine commercii, prohibitione obligationis bonorum immobilium ratione forenſium, re iudiciaria et ſpeciatim appellatione, crimine laeſae Maieſtatis, remiſſiue agitur aliamque in iis omnibus eſſe rationem Ciuitatum prouincialium ac Reipublicae Lubecenſis docetur et, conceſſo illis Jure Lubecenſi, ea accepiſſe negatur, quae ad ſuperioritatem liberae Imperii ciuitatis pertinent, quin ſi Regalia, ut uocant, communicabilia ſibi competere aſſerant, uel praeſcriptione, qualem contra Principem iura admittunt, uel pactis, uel priuilegiis adquiſiuiſſe, probare debeant (§. 11.).

ERN. IO. FRID. MANTZEL diſp. de ratione Status Juris Lubecenſis, Reſpondente JOACHIMO MATTHIA LÜTKENS, *Lubecenſi.* Roſt. 1742.

FRID. GOTTLIEB STRUVE Collationum Juridicarum inter Jus Lubecenſe et Hamburgenſe Specimen. Kil. 1745.

Diſſertatio eſt academica, quae ultra tres priores Libri primi Juris Lubecenſis titulos ſe non extendit. Inter illa Statuta, quae illuſtrando Juri Germanico maxime inferuiunt, eminent LUBECENSIA et HAMBURGENSIA, quorum proinde parallelismum examinare atque uſum forenſem rationalem inquirere, non minus utile quam iucundum eſt (§. 1.), genuina eorum interpretatione ac declaratione ex conſuetudinibus anteriorum temporum, praeiudicatis fori patrii nouioribusque conſtitutionibus deſumenda (§. 2.). Prouiſores illorum Jurium ſunt ORDO SENATORIUS, ad quem ſolenni nominatione atque electione prouehuntur Viri probi, peritia rerum neceſſaria inſtructi, nulla familiarum neceſſitudine coniuncti (§. 3.), conſtans ex Conſulibus, Syndicis ac Senatoribus, ordine praecedentiae atque officiis publicis diſtinctis (§. 4.), quibus accedunt ſubofficiales, ad uarias functiones miniſteriales expediendas conſtituti (§. 5.). Statuta atque decreta magiſtratuum urbicorum, mediante uotatione, placide ac candide peragenda, ſecundum pluralitatem uotorum, ordinan-

Digitized by Google

ordinantur (§. 6.), quae uim legis Statutariae communis, in caufis autem ciuium particularibus, fimplicium mandatorum obtinent (§. 7.). In exequendis decretis ac mandatis uia uel ordinaria per defignatos publice executores, uel extra ordinem per demandatam commiffionem, proceditur (§. 8.). Gefta coram Senatu atque inferioribus magiftratibus probantur per protocolla, nec non per teftimonia perfonarum, publica ac iurata fide officii inftructarum (§. 9.). Ad expedienda facilius negotia ciuium aliquando faluus conductus et alia beneficia iuris ftatutarii concedi folent (§. 10.). Cives regimini Senatus fubiecti funt, uel quoad perfonas, uel quoad bona (§. 11.). Circa perfonas requiritur, ut fint maiorennes, in ordinem ciuium legitime recepti, conftituto domicilio gaudentes, honefte fe gerentes, citra confenfum Senatus militiam non fequentes, multo minus ad hoftes transfugae (§. 12.), circa res uero eorum ac bona obferuandum eft, ne in extraneos transferantur (§. 13.). Ad feruandam commerciorum fidem debitor uel bonis cedere, uel ad carcerem aut manus creditorum addici poteft (§. 14.), analoga feruitutis perfonalis fpecies, ad ueram hominis proprii qualitatem alludens, qui, fi Jure Lubecenfi iam ante annum et diem, Jure autem Hamburgenfi per decennium ius ciuitatis obtinuerit, nec ab eo tempore ullam ftatus quaeftionem paffus fit, ab omni impetitione immunis et praefcriptione, uel annali uel decennali, aduerfus dominum tutus eft (§. 15.).

ERN. JO. FRID. MANTZEL Jus Mecklenburgicum et Lubecense illuftratum, una cum acceffionibus, Jus Hamburgenfe ex-et applicantibus, conftans ex Judiciis Collegii Juridici Roftochienfis aliorumque uirorum, de dictis Juribus confultorum. *P. I. Centuria I-III.* Roft. 1749. *P. II. Cent. IV.* ibidem 1751. *P. III. Cent. V.* ibidem 1753.

JOA. LUC. STEIN Einleitung zur Lübfchen Rechtsgelehrfamkeit, zum bequemern Gebrauch dererjenigen, die fich diefes Recht befonders bekannt machen wollen, aus den fünf Theilen der Abhandlung des Lübfchen Rechts gröftentheils zufammen gezogen. Roft. und Wism. 1751.

HENRICI BALEMANN diff. de Foemina ex Antiquitatibus Legibusque Romanis, Germanicis et praefertim Lubecenfibus. Alt. 1756.

Sect. I. *Foeminam Romanam* fiftit (p. 1—100.). Sectio II. de *Foemina Germanica et praefertim Lubecenfi* eleganter agit et ordinate.

Digitized by Google

nate. FOEMINA et uetus uocabulum Latino-Francicum JU omnem denotat sexum imbecilliorem, MULIER et Germanica uox FRAU tantum uxorem (CAP. I. §. 1.), in Codicibus Juris Lubecensis autem FEMINA et FRAU pro integro sexu, MULIER et WEIB pro uxore in regula accipiuntur (§. 2.), quae omnes sub perpetua uiuunt tutela, moribus Germanorum antiquissimis et legibus (§. 3—5.), nec non Jure Lubecensi (§. 6.), ui cuius nec facultatem habent standi in iudicio (§. 7—10.), nec ualide pro aliis intercedunt, nec bona sua alienare uel pignori dare possunt, nisi accedat tutorum auctoritas (§. 11—16.). Curam pudicitiae feminarum (§. 17.), quae in terris etiam Septemtrionalibus obtinuit (§. 18.), Jus Lubecense seruat, quod seuere admodum in eos animaduertit, a quibus femina diffamatur (§. 19.), easque ad manus creditorum adiudicari non sinit (§. 20.) et a poena laquei liberat (§. 21.). VIRGO & SPONSA apud Germanos uarie, a Lubecensibus JUNGFRAU et BRAUT denominantur (CAP. II. §. 1.).) Germani sero alias uxores duxerunt, quam uirgines Germanas (§. 3.), cuius uestigia deprehendimus in Jure Lubecensi (§. 4.). Virgines, quum sub tutela uiuant, consensu opus habent in contrahendis nuptiis (§. 5—8.), etiam Jure Lubecensi (§. 9. 10.), quod, neglecto illo, in eas eosque, qui illas sine tutorum auctoritate despondent, seuere animaduertit (§. 11. 12.). Germani ab antiquissimis inde temporibus uirginum pudicitiae seruandae uigilauerunt (§. 13—15.), dotis in casu uitiatae uirginitatis quam maxime rationem habentes (§. 16.), ac proinde stuprum atrociter uindicantes (§. 17. 18.), quod et Jure Lubecensi factum est (§. 19—22.). Sponsalia apud Germanos publica erant et solennia (§. 23.), interuenientibus symbolis (§. 24.), dote (§. 25.), Faderphio (§. 26. 27.), arrha sponsalitia (§. 28.), Witthum (§. 29.). Ad plenos autem matrimonii effectus necessaria est thalami conscensio (§. 30. 31.), quod ad Jus Lubecense applicatur (§. 32—34.). UXORES dicuntur quidem GEFREIETE (CAP. III. §. 1.), sed sunt sub tutela mariti (§. 2.), a coëmtione deriuanda (§. 3—5), institutis Septemtrionalibus (§. 6.), Statutis uariis (§. 7.), et Jure etiam Lubecensi obtinente, ad normam tamen officii boni tutoris determinanda (§. 8. 9.). Viget inter coniuges bonorum communio Jure Germanico (§. 10—15.) et Lubecensi (§. 16. 17.), saluis tamen bonis receptitiis, *Spillgelder* (§. 18.). Uxor improlis et prole orbata ad soluenda mariti debita non tenetur (§. 19.), secus est si sit prole ditata (§. 20.), potest tamen, in concursu creditorum mariti, communioni renunciare (§. 21.), ad effectum seruandarum futurarum accessi-

Digitized by Google

acceſſionum, non autem illatorum (§. 22—24.), per τὸ *bergen* et *dachdings auftragen*, quod fieri debet expreſſe et ſolenniter, tacita quauis renunciatione excluſa (§. 25—26.). Societas coniugalis arctiſſima quidem eſt, at inaequalis (§. 27.). Vocum HURE et EHEBRECHERIN deriuatio inueſtigatur (CAP. IV. §. 1.). Germani delicta meretricum et lenonum, antiquiſſimo aeuo rariora, odio et poena proſequebantur (§. 2.), poſteriori tempore, ingruenti malo oppoſitis legibus (§. 3—5.), etiam in Jure Lubecenſi obuiis (§. 6. 7.) et quid iuris ſtatuatur in adulteras Jure Germanico (§. 8—14.) et Lubecenſi (§. 15.) explicatur. Origo uocis WITWE, Lubecenſibus WEDEWE et WITTFRAU dicta (CAP. V. §. 1.). Tutela uiduarum, a longinquis temporibus in Germaniam introducta (§. 2.), ſequenti aetate ſeruata (§. 3.), niſi expreſſa legum exceptione liberentur (§. 4.), Jure quoque Lubecenſi ſtabilita eſt, quo uiduae tutor uel a marito, uel a magiſtratu conſtituitur, uel illi ipſi etiam competit, ſibi tutorem eligere (§. 5—7.), cuius in bonorum adquiſitorum donatione opus habet conſenſu (§. 8.). Secus eſt in uidua mercatrice, quae in rebus ad mercaturam pertinentibus, iure maſculorum gaudet adeoque a tutela immunis eſt (§. 9. 10.). Vidua Jure Lubecenſi uel mater eſt uel improlis (§. 11.), quarum prior etiam cenſetur, quam maritus impraegnatam reliquit (§. 12.), ad ſoluendum aes alienum mariti obligata (§. 13.). Vidua mariti non obaerati, ſi liberis fortunata ſit, retinet omnium bonorum poſſeſſionem, niſi ad ſecunda uota uel in monaſterium aut hoſpitale tranſeat, ut tamen ea, absque heredum conſenſu, non alienet (§. 14.). Vidua improlis ad expungenda defuncti mariti nomina non tenetur, quin ratione illatorum gaudeat iure retentionis ceterisque creditoribus ſuo ordine praeferatur (§. 15.), rebus autem mortui mariti bene ſe habentibus, illata et dimidiam inſuper bonorum partem, Statuto debitam, ſibi uindicat (§. 16.). Teſtamentum facit uidua, poteſtatem largiente marito, de bonis ab eo delatis (§. 17.), uel de bonis adquiſitis, ſi ſit mercatrix (§. 18.).

JO. AUG. HELLFELD diſſ. conuenientiam quorumdam Juris ſtatutarii Lubecenſis capitum cum Legibus Weſtphalorum et ſpeciatim

tim Susatensium sistens, Respondente GABRIELE CHRISTIANO LEMBKE, *Lubecensi.* Jen. 1762.

Libellus academicus cum cura scriptus, in quo, per tria capita, argumenta communionis bonorum coniugalis et donationum inter coniuges, successionis coniugum et separationis liberorum, itemque praescriptionis annalis examinantur et, quomodo leges Westphalorum et Lubecensium in iis conueniant, scite et eleganter explicatur.

HENRICI BROKES explicatio uerborum difficilium, uel saltim insolitorum, in codicibus Juris Lubecensis obuiorum.

In EIUS SELECT. OBSERVAT. FORENS. appendice pag. 125—132.

JO. CAR. HENR. DREYER Einleitung zur Kenntniß der in Geist- Bürgerlichen- Gerichts- Handlungs- Polizey- und Kammer-Sachen von E. Hochw. Rath der Reichs-Stadt Lübeck von Zeit zu Zeit ergangenen allgemeinen Verordnungen, Mandaten, Normalien, Decreten, wie auch der dahin einschlagenden Rechts-Urkunden, mit einigen zur Aufklärung verschiedener Stücke des Teutschen nnd Lübischen Rechts, der Rechts-Geschichte und Alterthümer gereichenden Anmerkungen versehen. Lübeck 1769.

GERHARDI OELRICHS index Statutorum Bremensium, indicans Legum, quae in Codice I. Statutorum de Anno M.CCC.III. reperiuntur, in Codice II. de eodem Anno, Codice III. de Anno M. CCCC. XXVIII, Codice IV. de Anno M. CCCC. XXXIII. et in Codice Oldenburgensi, dispositionem, ut et harmoniam cum Statutis Verdensibus, Hamburgensibus, Stadensibus, Rigensibus, LUBECENSIBUS, nec non Speculo Saxonico.

In EIUS vollständiger Sammlung alter und neuer Gesetz-Bücher der Kaiserlichen und des Heiligen Römischen Reichs freien Stadt BREMEN, opere splendidissimo, Bremae 1771. excuso, p. 849—856.

Digitized by Google

AUGUSTI FRIDERICI FOERTSCH tractatus de iure Liberorum circa bona Parentum, ſecundum Jus Lubecenſe. Wism. et Bütz. 1774.

CAP. I. de communione ſeu ſocietate bonorum inter parentes et liberos ſecundum Jus Lubecenſe quaedam dicuntur. CAP. II. de diuiſione liberorum eorumque iuribus inter ſe ipſos circa bona parentum agit. CAP. III. de iure liberorum circa bona parentum ratione creditorum in concurſu tractat. CAP. IV. de iure liberorum circa bona parentum in confiſcatione differit.

TANTUM.



EMENDANDA.

Pag. 5. lin. 2. pro: 1587. legatur: 1586.

Pag. 13. lin. ultima pro: *in Lübeſchem Rechte* legatur: in Lübeſchem *Richte*.

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE JVRIS LVBECENSIS SPECIMEN SECVNDVM

AD

VIRVM SVMME VENERABILEM

JOH. CAROLVM HENRICVM DREYERVM

SACRI LATERANENSIS PALATII AVLAEQVE CAESAREAE COMITEM

CAPITVLI LVBECENSIS PRAEPOSITVM ET REIPVBLICAE SYNDICVM PRIMARIVM CONSISTORIIQVE ECCLESIASTICI PRAESIDEM

COMPLECTENS

NOTITIAM SCRIPTORVM AD LIBRVM PRIMVM ET SECVNDVM JVRIS LVBECENSIS

SVBIVNCTIS VBIQVE NOVIORIBVS CONSTITVTIONIBVS DECRETIS ET RESPONSIS JVS LVBECENSE VEL DECLARANTIBVS VEL ILLVSTRANTIBVS.

LVBECAE
APVD PETRVM ANDREAM BOECKMANN
M DCCLXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIR SVMME VENERABILIS,



Dabis certiſſime veniam, ſi, quam nunc in uſum cupidae Legum iuuentutis prodire iubeo, libelli mei partem alteram ad TE deferre et, ut patrocinium non deſit, inſcripto nomine TUO, per orbem litteratum celeberrimo, exornare contendo. Quidni enim ille liberiorem ſibi locum aperire adeundi et quaerere ſuſtineat praeſidium apud TE, quem, ab eo inde tempore, ex quo uidimus praecipuum quoddam ornamentum huius Reipublicae eſſe, in diiudicandis ciuium controuerſiis, perſpicacem non minus quam aequum iuris noſtri Antiſtitem egiſſe, ſcimus, qui modo TE nouimus. Accipias ergo pro ſingulari TUA erga omnes, in quibus aliqua ingenii animique, a literis non alieni, ſignificatio eſt, humanitate et pro inſigni TUO de omni re ciuica et literaria praeclare


Digitized by Google

merendi ſtudio, amica, ut cetera mea ſoles, fronte leue hoc munuſculum, foueas, quaeſo, partum, qui magnam TIBI partem debet ſuae natiuitatis, ſuppleas, emendes, amplifices. De hac TUAE voluntatis erga me propenſione perſuaſus, DEUM rogo, ut in omni re, quam publice priuatimue agis, utriuſque Reipublicae bono TE proſpere agentem Muſiſque meis amiciſſimum ſeruet quam diutiſſime. Scribebam LUBECAE V. Idus Apriles Anno reſtitutae ſalutis CIↃ IↃ CC LXXV.



CAP. IV.

Digitized by Google



Cap. IV.

DE SCRIPTORIBUS AD LIBRUM PRIMUM JURIS LUBECENSIS.

Titulus I.

DE CONSULIBUS ET DECURIONIBUS;

VON BÜRGERMEISTERN UND RATHMANNEN.

Articulus I.

HENRICI LEONIS prima institutio et ordinatio Senatus Lubecensis, A. 1158.

Documentum hoc, lingua uernacula scriptum, ex ueteri membrana, sed die et consule destitutum, exhibet Henricus Bangertus, eximius ille, dum Gymnasio Lubecensi praeesset, ingeniorum moderator, uel sola Helmoldi editione clarus, in *Originibus Lubecensibus*, quas in lucem extulit largissimus rerum Germanicarum promus condus, B. de Westphalen Monument. ined. T. I. p. 1270, itemque exstat illud in appendice Codicis Oldenburgensis A. 1235, ibidem T. III. p. 632. Assensum meretur coniectura S. V. Dreyeri nostri, artis diplomaticae argumentis suffulta, uersionem esse saeculi XIII. idiomatis Latini eiusque authentici, in comment. de cespitalitatis requisito in testibus p. 136.

JOHANNIS XXIII, Pontificis Romani, decretum, quo processus Ruperti Imperatoris, quibus ille priuilegio Lubecensium de

Digitized by Google

de eligendo Consulatu derogauerat, nullos et inualidos declarat, Bonon. XVI. Kal. Aug. 1410.

Ex authentico descriptum in lucem produxit iterum honoris causa nominandus DREYERUS in Continuatione Bullarii Lubecensis, quod exstat in *Miscellan. Lubecens.* Vol. III. p. 24—26.

ARTICULUS V. ([1])

ERN. JOH. FRID. MANTZEL diss. de impedimentis genealogicis qua officia publica, ad Ordinationem Judicii Aulici prouincialis Mecklenburgici et Jus Lubecense. Rost. 1744.

CAP. I. impedimentorum fundamenta atque rationes exponit; CAP. II. limites impedimentorum qua integra officia ambienda definit; CAP. III. limites impedimentorum qua officia exercenda determinat; CAP. IV. miscellanea quaedam, a themate non plane aliena, exhibet.

ARTI-

([1]) Lex posterior, communi Senatus populique sponsione, interueniente auctoritate Caesarea, Anno saeculi superioris LXIX promulgata, uulgo *Bürger-Receß*, gradus hoc Articulo prohibitos arctioribus limitibus circumscribit, uerbis: *Unter welchen allen aber kein Vater und Sohn, keine zweene Brüder, keine Schwester- und Brüder-Kinder, auch kein Schwiegervater und Schwiegersohn, imgleichen keine zweene Schwestermänner, coniunctim und andere, welche in eben solchem oder nähern Gradu einen Verwandten, es wäre denn, daß er nicht mehr, ad Consilium kommen, oder Dienste leisten könnte, im Rathhause haben, künftig im Rathe seyn, oder erwählet werden sollen.* Habes instrumentum, ut alibi passim, ita etiam apud JOH. JAC. MOSERUM, Virum et annis et meritis uenerandum, in *Reichsstädtischem Handbuch* T. II. p. 03. Et hoc iure, ui dicti Recessus, ciuitatem etiam Rostochiensem uti uult sententia, d. 23. Dec. 1756. in augustissimo Camerae Imperialis tribunali lata. Adi, si lubet, B. DE CRAMER *Wetzlarische Nebenstunden* P. VII. p. 76. Qua tamen restrictione contineri sodales collegiorum apud nos primariorum, *der Zirkel- und Kaufleute-Compagnie*, uetat Rescriptum Diui LEOPOLDI, Caesaris Augusti, d. 23. Oct. 1670, dignum, quod huc transscribatur: *Von der Römisch-Kaiserl. Mayt unserm allergnädigsten Herrn, Bürgermeistern und Rath Dero und des Heil. Rom. Reichs Stadt Lübeck hiemit in Gnaden anzuzeigen, Dieselbe erinnern sich gnädigst, was für ein Kais. Decretum Sie, auf die gegen den am 6. Ian. nächstverwichenen 1669sten Jahrs publicirten Kais. Commissions-Rezeß eingebrachte Klagen, beyden Collegien daselbst den 21. Jun. gedachten 1669sten Jahrs haben ergeben lassen, darin allerseits streitenden Theilen die Bedeutung geschehen, aus was Ursachen der beyden Collegien, Cirkul- und Kaufmanns daselbst, Ansuchen, wie dasselbe auf die Rathswahl und Regimentsform gerichtet, der Zeit nicht resolviret, noch der Stadt völlige Beruhigung erreichet werden können, woferne die Differentien mit den Landbegüterten nicht auch abgethan wären. Nachdem aber solche jüngsthin zu ferneren gütlichen*

Tra-

Digitized by Google

ARTICULUS VI.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de coactione Juris Lubecensis ad officia publica, A. 1707.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenburg. et Lubecens. illustr. Cent. II. p. 93.

ERN. JOH. FRID. MANTZEL disp. de coactione ad munera et officia publica, speciatim iuxta Jus Lubecense, Respondente JOHANNE WERNERO HAVEMANN, *Lubecensi*. Rost. 1755.

ARTIC. VII. ET IX.

ORDNUNG, wie nahe die Personen den Herren des Raths verwandt seyn müssen, wenn diese, der Blutfreund- oder Schwiegerschaft halber,

Tractaten verwiesen worden und obgedachte beyde Collegia sehr inständig um Resolution ihrer Beschwerden angerufen und allerhöchstgedachte Kais. Mayt. ihr Begehren vor billig erachtet, auch Dero Kais. Hülf Rechtens, auf Maaß und Weise, wie folget, länger nicht haben versagen können: Als erklähren und ordnen Dieselbe, wegen der Rathswahl und dessen Ersetzung, hiemit und wollen, daß inskünftige, so oft sich ein oder andere Raths-Stelle eröfnen würde, gedachter Magistrat, ungehindert einiger Restriction auf den numerum ternarium *bey beyden klagenden Collegien*, oder gewisser graduum consanguinitatis et affinitatis Beobachtung, sich der von Alters herkommenen, den Stadt-Rechten und Concordatis gemäßen, freyen Wahl bedienen möge und solle, dem der Rath also nachkommen wird; *als zu welchem, wie auch der gesamten Bürgerschaft, mehr allerhöchsternannte Kays. Mayt. ferner sich gnädigst versehen, sie werden die Erörterung der übrigen grauaminum, in schuldigem Gehorsam, Ruhe und Gedult, erwarten und die jüngst verordnete gütliche Handlung selbsten befördern, damit alle übrige Irrung, entweder in Güte oder durch rechtlichen Spruch, fordersamst erörtert werden mögen. Gestalt dann allerhöchstgedachte Ihro Kais. Mayt. sie zu dem allen mit Ernst und bey Vermeidung anderweiten Einsehens nochmalen ermahnet haben wollen. Sign. Wien unter Ihro Kais. Mayt. hervorgedrucktem Secret-Insiegel den* 23. Octobr. Ao. 1670.

Vt LEOPOLD WILHELM,
Graf zu Königs Eck.

(L.S.) *Meinhard Schröder.*

Confirmatum hoc est per conclusum celsissimi Judicii Imperialis Aulici d. 9. Septembr. 1719, apud MOSERUM in *Alt- und neuen Reichshofraths - Conclusis* P. II. p. 221. sqq. Verba huc spectantia ita habent: *Wird besagter Magistrat bey dem klaren Inhalt des Bürger Recessus de Anno* 1669, *kraft dessen die Wahl der Rathsglieder, ohne einige der Zünften Einrede und Erinnerung, dem Rath allein zustehet, wie auch bey dessen Anno* 167. *autoritate Caesarea emanirten Erläuterung und Restriction hiemit manuteniret und soll der letztere Wahl-Actus, auf keine Art und Weise, Ihm an seinen Rechten und Befugnissen nachtheilig seyn.*

Digitized by Google

halber, *Sich Ihres Voti enthalten und auffstehen*, d. 10. Mart. 1576. renou. d. 26. Jul. 1581. et iterum d. 29. Febr. 1708. (²)

TITULUS II.
AD MUNICIPALES ET DE INCOLIS;
VON BÜRGERN UND EINWOHNERN.

ARTICULUS I.
Revidirte WACHT-ORDNUNG d. 29. Januar. 1644.

Comparet inter Ordinationes, recentissimae Juris Lubecensis editioni A. 1728 adiectas p. 81—96.

ARTI-

(²) Prodit ex tabula, sellae CONSULARI in Curia Lubecensi appensa: *Anno Domini* 1576. *den* 10. *Martii hefft Ein Ehrbar Rath disse Verordnung gemaket und folgends Anno* 1581. *den* 26. *Julii tho Rade wedderum lesen laten und angenommen*, *wo na de Partien und Personen*, *um welkerer Saken willen de Hern des Rades sich der Berathschlagung entütern und darvan upstan mögen*, *den Hern des Rades verwand sin möten*. THOM ERSTEN: *nachdem vermöge gemeinen Stadt-Rechts*, *de Oldern und Kinder thogelike im Rade nicht syn können*: *So mögen de Herren des Rades*, *in Saken ehrer* OLDERN UND KINDER, *ok aller der Personen*, *welke ehnen in der up- edder affstigenden Linie verwandt syn*, *van der Berathschlagung sik afsondern und hervör gahn*; THOM ANDERN: *in der upstigenden Sid-Linie*, *in deren Saken de Herren des Rades upstahn und hervörgahn mögen*, *sollen diese syn*: Grote Vaders-Süster und Broder, Grote Moder Broder und Süster, Grote Vaders-Broder und Süster-Kinder, *item in Saken*, *belangend* Vader- und Moder-Broder- und Süster, *des* Vaders- und Moder-Broders und Süster-Kinder, *des* Vaders und Moder Broders- und Süster-Kindes-Kind; THOM DÖRDEN: *in der Sid-Linie*, *in Saken belangend* Broder und Süster, Broder und Süster-Kinder, Broder- und Süster-Kindes-Kinder; THOM VERDEN: *de Verwandniß von Schwägerschop herkamende in up- und afstigender Linie*, *syn der* Fruwen Vader und Moder, *der* Fruwen Vader- und Moder-Broder und Süster, *der* Fruwen Vader- und Moder-Broder- und Süster Kinder; THOM FÖFTEN *is de Verwandniß der Schwägerschop in der Sid-Linie*, *nemlich der* Fruwen Broder und Süster, *der* Fruwen Broder und Süster-Kinder, *der* Fruwen Broder- und Süster-Kindes Kinder *und also* in genere *alle dejenen*, *de sik im* dritten Grad der Blutfreund- oder Schwägerschop *verwandt*, *wenn schon de Person*, *wodurch sülke* affinitas *entstan*, *verstorben*, *schölen von den Rathschlägen*, *desülven belangend*, *upstan und sik in allen*, *sowohl* publicis als priuatis negotiis, *van den Rathschlägen ütern*. *Wie denn ok up vorgeschrebene Wise*, *sowohl by den* Raths-Herren-Wahlen, *da nur einer im Vorschlag gebracht wird*, (quod hodienum paulo aliter habetur) *als by* Bürgermeister-Wahlen, *wenn veer Personen aftreden*, *et also geholden werden schall*, *dat alle und jede der Vorgeschlagenen und Afgetredenen Anverwandte sik des Voti und Consilii entholden und by demselben nicht togegen syn*, *sondern mit aftreden*, *oder up den widrigen Fall*, *glik by andern Rathschlägen*, *alse ok in desen*, *des dirigirenden Herrn Bürgermeisters Erinnerung desfalls gewärtig syn schölen*. Renouatum iuxta Decretum d. 29. Febr. A. 1708.

Digitized by Google

Articulus V.

MANDAT wider die in dieser Stadt Bürger Häusern und liegenden Gründen belegte fremde Gelder, d. 24. Jun. 1677. (3).
ibidem p. 127.

Titulus III.
DE HIS QUI SUI VEL ALIENI JURIS SUNT;
VON DENEN, WELCHE AUS FREMDER GEWALT IHR EIGEN MANN WORDEN ODER NOCH UNTER FREMDER GEWALT SEYN UND DARINN GERATHEN.

Articulus I.

JOH. RUDOLPHI ENGAU diss. de traditione debitoris ad manus Creditoris, uulgo *von Gebung des Schuldners an des Gläubigers Hand und Halfter.* Jen. 1746.

Ex more illo, quo debito soluendo impar reddebatur seruus, nata est addictio ad manus (§. 1 — 5.), non in Saxonia solum, sed et alibi probata, qua debitor excussus, nisi det fideiussores, aut sexus sit feminei, (4) licet

(3) Rogarunt aliquando ordines ciuici, uellet amplissimus senatus rigorem Legis minuere largirique potestatem, accipiendi pecuniam ab extraneis illisque praedia sua pro creditis pignori obligandi. Sed non placuit prouidentissimo Senatui, ut, quod non sine ratione a maioribus, pro utilitate Reipublicae, salubriter introductum et deinde consuetudine obtentum esset, id benigniore interpretatione, contra illius commodum, subuerteretur. Conceptum est in hanc rem decretum d. 26. Apr. 1709. Aliter quandoque uisum est in bonis immobilibus, quae in exteros transferri, uel ciui ad fideles manus adscribi, Lex prohibet. Singulari enim id indulgentia, in certo et peculiari casu, aliquando permissum fuit, ita tamen ut cum persona exstingueretur, in tabulis vero publicis caueretur, ut, pro modo praedii, tributa in censum deferrentur. Et hoc quidem, salua Lege, illustrissimo Maecenati, Christophoro Gensch de Breitenau, potentissimi Daniae et Noruagiae Regis in sanctiore Consilio Administro, quum is, depositis muneribus, lares olim Lubecam transtulisset, speciali beneficio praestitit amplissimus senatus decreto d. 10. Mart. 1706 uerbis: *Doch so daß offerirtermassen dem publico die onera davon entrichtet werden und wird übrigens der Herr Geheime Rath, oder dessen Erben, künftig solches Hauß an niemand anders, als an einen hiesigen Bürger, verkaufen.*

(4) Dispositionem articuli huius de feminis, soluendo debito imparibus, illustrat judicii inferioris lubecensis sententia, huius tenoris: *In Sachen* Hermann Bilderbeck et Cons. *Kl. entgegen und wider sel.* Cord Meyers Witwe, *Bekl. erkennen die Urthelfindere hiemit vor Recht: daß den Klägern ihre Intention zu vollziehen und die Beklagtin entweder incarceriren, oder derselben*

Digitized by Google

licet cedat bonis, creditori datur pignori, ad exſtinctum usque debitum (§. 6—15). Quae debitores creditoribus tradendi ratio, Jure Electorali Saxonico, Luneburgenſi, Altenburgenſi et Hamburgenſi abrogata (§. 17—21), alibi contra et Jure quidem ſtatutario Lubecenſi confirmata eſt (§. 22). Debitor excuſſus, qui neque in dignitate conſtitutus, neque feminei ſexus, neque iniuria temporis depauperatus eſt (§. 23—26.), ubi fideiuſſores dare, aut rem, facile diſtrahendam, cedere nequit, creditori, ut, uel operis praeſtitis, uel carcere ſuſtento, debitum quotidie minuat, alioue ſoluat modo, praeuia cauſae cognitione, addicitur, ſimulque ad conſequendas dignitates fit inhabilis (§. 27—39). Denique an et quatenus heres addici queat, diſquiritur (§. 40.), et traditionem in terris Coburgenſibus abrogatam eſſe, (§. 41) docetur.

Titulus IV.
DE SPONSALIBUS NUPTIIS ET CAUSIS MATRIMONIALIBUS;
VON VERLÖBNISSEN UND EHE-SACHEN.

ORDNUNG wegen der ehelichen Verlöbniſſe, Hochzeiten, Mitgabe, Zugedömt und was dem ferner anhängig, ſo nach Gelegenheit der Stände unter der Bürgerſchaft ſoll gehalten werden, A. 1607.

Adhaeret editioni Juris Lubecenſis, quae ex officina Laurentii Albrecht A. 1608. prodiit.

ORDNUNG darnach ſich hinführo dieſer Stadt Bürger und Einwohner, bey Verlöbniſſen, Hochzeiten, in Kleidungen, Kindbetten, Gevatterſchaften, Begräbniſſen und was denſelben allen anhängig, ſamt ihren Frauen, Kindern und Geſinde verhalten ſollen, d. d. Johannis Baptiſtae 1612.

Adhaeret editioni Juris Lubecenſis, quae ex officina Samuelis Jauch A. 1613. prodiit. (5)

MINI-

ſelben allemal, wenn ſie betroffen wird, das Oberkleid abziehen zu laſſen vergönnet werde. V. R. IV. Publ. in Judicio Martis d. 31. Mai. 1701.

(5) Ex qua inſignem hic notamus Juris antiqui et nouioris differentiam. Tantum enim aberat, ut maioribus noſtris, antiqui Juris Germanici ſeruantiſſimis, matrimonium per conſenſum nuptialem uel ἱερολογίαν adimpletum eſſe uideretur, ut potius ad conſequendos nuptiarum effectus ciuiles requireretur concubitus, uel in communem lectum rece-

Digitized by Google

MINISTERII LUBECENSIS Bedenken wegen Dispensation einer Ehesache, im Jahr 1640 gestellet, dem beygefüget ist die Lübeckische Verordnung in Ansehung der verbothenen Grade d. 7. Sept. 1581.

Exstat in Joh. Diter. Winckleri, Viri de omni re sacra & literaria egregie meriti, Anecdotis Historico-Ecclesiasticis nouantiquis P. VII. p. 64—136. Conf. si lubet, Casp. Henr. Starck Lübeckische Kirchen-Historie Vol. I. p. 857.

INHIBITIO der zu nahe ins Geblüth und anderer widerrechtlichen Verlöbnisse, d. d. dominica secunda post Epiphanias 1697.

Exstat inter ordinationes, Juris Lubecensis editioni A. 1728. adiectas p. 124.

VERORDNUNG daß niemand sich ausserhalb der Stadt und Landes von fremden Predigern copuliren lassen solle, d. 17. Aug. 1754.

Exstat in Lübeckischen Anzeigen eiusdem Anni p. 145.

MANDAT daß alle dieser Stadt Bürger und Eingesessene, welche auswärts sich verheyrathen, sich hieselbst gebührlich proclamiren lassen sollen, d. 12. Januar. 1774.

Ibidem A. 1774. nr. 5.

Articulus II.

LÜBECK- und HAMBURGISCHES Mandat wider die heimlichen Kuppeleyen, Afterverlobungen und dergleichen ungültige Eheversprechungen im Städtgen Bergedorf und den Vierlanden, d. 17. Januar 1734.

Exstat in (ill. Klefekeri) Sammlung der Hamburg. Gesetze und Verfassungen P. X. p. 707.

receptio. Verum enimuero haec iuris antiqui placita sustulit dicta Ordinatio Tit. V. Art. X. uerbis: *Die Niedersetzung und Beylegung ins Bette wird auch als überflüssig und undienlich geachtet, sondern soll sich der Bräutigam zu Ende des Bettes stellen, alda soll ihm von denen, so die Braut zu der Copulation geleitet, zugeführet und überantwortet werden, welches hinführo eben so viel, als die bißhero gewöhnliche Beylegung wirken und gelten und derselben gleich geachtet und gehalten werden soll und mögen darauf die Herren dem Bräutigam und Braut Glück wünschen, abdanken und heimgehen.* Et hoc iure hodienum fere utimur.

TITULUS V.
DE DOTE EIUSQUE PRIVILEGIIS;
VOM BRAUTSCHATZ UND SEINER BEFREIUNG.

CAR. FRID. WALCH diff. de difcrimine bonorum uxoriorum, Jure Roftochienfi (et Lubecenfi) fublato. Jen. 1773.

SECTIO I. agit *de difcrimine bonorum uxoriorum dotalium et paraphernalium, iure ftatutario Roftochienfi fublato.* Inftituti ratio (§. 1.) et difcrimen bonorum uxoriorum Romanorum (§. 2.) exponitur, quod tollebant Germani (§. 3.) et ius ftatutarium Roftochienfe (§. 4.), cuius difpofitionis ratio proxima ponitur in Jure Lubecenfi, a Roftochienfibus recepto (§. 5. 6.), et remota determinatur (§. 7.). Germani enim, ut Lubecenfes, dotem ignorabant (§. 8. 9.). Maritus uxoris erat curator Jure Germanico (§. 10.) et Lubecenfi (§. 11.), cui competit adminiftratio et ufusfructus Jure Germanico (§. 12.) et Lubecenfi (§. 13.). SECTIO II. *de effectibus, ex hoc fublato difcrimine bonorum uxoriorum proficifcentibus*, tractat. Effectus funt uel ratione mariti (§. 2.) uel intuitu uxoris (§. 3.), praecipue in concurfu creditorum (§. 4.). Uxor pro marito debitore foluere debet, fi matrimonium eft foecundum (§. 5. 6.), non item fi liberi, ex matrimonio fufcepti, fint praemortui (§. 7.), uel fi matrimonium fit improle (§. 8. 9.), ut potius ex concurfu creditorum repetat, quidquid marito intulit (§. 10), dotem nimirum (§. 11.) et bona paraphernalia (§. 12.), omni tempore, ubi maritus ad inopiam fefe uergat, aut ob aes alienum aufugiat (§. 13.). Uxor improlis interdum aes alienum mariti foluere debet (§. 14.). An liceat communioni bonorum renunciare (§. 15.), difquiritur. Uxor, beneficio cesfionis bonorum communium, ratione futurarum acceffionum, ab ulteriori creditorum uexatione fefe liberare poteft (§. 16.). Si res mariti faluae, matrimoniumque foecundum eft, quid tunc intuitu bonorum uxoriorum iuris fit (§. 17.) docetur. Retentio bonorum mariti, qua uxor durante uiduitate gaudet, finitur fecundis nuptiis, uel fi ingrediatur monafterium aut hofpitale, uel fi bona dilapidare incipiat (§. 18.). Uxor improlis, mortuo marito, praecipit omnia bona, quae marito attulit, et praeterea gaudet portione ftatutaria, quae Jure Lubecenfi et Roftochienfi dimidia eft bonorum pars, ex praedefuncti mariti hereditate (§. 19.).

ARTI-

Digitized by Google

ARTICULUS VII.

FRANC. ERN. VOGT diss. de communione bonorum inter coniuges eiusque effectu, praesertim secundum Jura Lubecensia, Respondente HENRICO WILHELMO SCHUMACHER, *Lubecensi*. Kilon. 1722.

CONR FRID. ZERRAN Diss. de communione bonorum inter coniuges, secundum Jus Lubecense considerata. Giss. 1731.

Septem Capitibus absoluitur tota disputatio: I.) de origine communionis bonorum coniugalis eiusque definitione. II.) Quomodo perficiatur communio bonorum coniugalis. III.) De communicatione rerum in societate coniugali. IV.) De operis praestandis in societate coniugali. V.) De lucro participando ex communione bonorum coniugali. VI.) De damnis praestandis in societate coniugali. VII.) Quibus modis finiatur seu dissoluatur communio bonorum coniugalis.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de communione bonorum inter coniuges, Jure Lubecensi pacto remota, A. 1634.

Exstat in (MANTZEL.) Select. Jurid. Rostoch. Fasc. I. Spec. XXIII. p. 179.

IOH. ULR. L. B. DE *CRAMER* Disquisitio: *Was es Iure Lubecensi mit der communione bonorum inter coniuges vor eine Bewandniß habe und wie weit selbige ipso iure zu vermuthen?*

In EIUS *Wetzlarischen Nebenstunden* P. XXXIV. p. 34.

EIUSDEM disquisitio: *Ob im Hochstift Paderborn communio bonorum inter coniuges allgemein und, in vorkommenden die effectus dieser communion betreffenden Streitfällen, zum Lübeckischen Recht und dessen Commentatoren die Zuflucht zu nehmen sey?*

IBIDEM P. LVI. p. 86—97.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de communione bonorum coniugalium, ipso Jure Lubecensi perfecta, absque reali illatione, A. 1732.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. I. p. 41. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. IV. Spec. V. P. 35.

IOH. SCHAEVII Responsum de uniuersali bonorum coniugalium communione, Jure Lubecensi etiam ad bona, actu non illata, extendenda, A. 1735.

Exstat in B. HENR. BROKES Select. Obseruatt. Forens. p. 618.

HENR. BROKES obseruatio de communione bonorum inter coniuges, Jure Lubecensi ea etiam bona, quae actu non sunt illata, respiciente.

IBIDEM Obs. DLXXXI. p. 602.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de reali illatione bonorum uxoris, haud improlis, a creditoribus de Jure Lubecensi probanda, A. 1655.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. ill. Cent. III. p. 175.

NACHRICHT von der uralten Observance in Anclam, daß die Frauen ihrer verschuldeten Männer debita nicht bezalen dürfen, ob sie gleich beerbet und daß in hoc passu nicht das Lübische, sondern ius commune daselbst observiret werde.

Exstat in CONR. FRIEDL. DE FRIEDENSBERG Pract. Forens. fascic. formularum p. 361 — 364.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de uxore Lubecensi, ex non illatis et ex adquisitis post concursum non obligata, A. 1696.

Exstat in MANTZEL Jur. Meckl. et Lubec. ill. Cent. V. p. 277. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. I. Spec. XXXVI. p. 283.

ZEGA Bedenken, ob und wie weit nach Lübschem Rechte eine Frau vor ihres Mannes Schulden hafte?

Exstat in *Schleswig-Holsteinischen Anzeigen* A. 1764. p. 421. et auctorem habet ZACHARIAM ERNESTUM GROHT ADVOCATUM. uid. C. CALLISEN Promtuarium Juridicum *über die in den Schleswig-Holst. Anzeigen enthaltene Verordnungen und Abhandlungen* p. 76. eiusque praefationem p. 2.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de debitis, ante coniugium initum contractis, a coniuge Lubecensi non soluendis, A. 1705.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. ill. Cent. II. p. 91.

AMANDI CHRISTIANI DORN problema Juris Lubecensis: quaenam sit ratio, ut communio aeris alieni inter coniuges exsistat,

Digitized by Google

exſiſtat, ſi matrimonium ſit prole ditatum, nulla ſi ſit improle? Kil. 1738.

Communionis bonorum, utpote naturae ſocietatis coniugalis quam maxime conuenientis, ratio eſt amor coniugalis, per communicationem corporum declaratus. Unde ad eam perficiendam Germani requiſiuerunt conſcenſionem thalami, non nudam aliquam ſolennitatem, ſed ipſam copulam carnalem, cuius optimum perhibere poſſe teſtimonium arbitrabantur liberos, tamquam communicati uere corporis indicium. Communio illa efficit communionem aeris alieni, Jure Lubecenſi inter coniuges ſaltim parentes obtinentem, quum, eo tantum caſu, de amore coniugali, in communicatione corporum, per concubitum facta, conſiſtente, tamquam cauſa communionis bonorum, et ſic etiam communionis aeris alieni, certo et publice conſtet. Communio bonorum locum non habet, detecta alterutrius coniugum impotentia, ſubſiſtit, etiamſi liberi denati fuerint, et ſufficit, uxorem eſſe praegnantem nec opus eſt, ut partus edatur uiuus, ad producendam aeris alieni communionem.

JOH. BRANDANI ENGELBRECHT. diſſ. de mutuo coniugum concurſu ad ſoluendum aes alienum, ab alterutro ante nuptias conflatum, ad illuſtrationem Art. VII. Tit. V. Lib. I. Statutorum Lubecenſium, Gryphisw. 1741.

Inter coniuges Lubecenſes uniuerſalis eſt bonorum communio (§. 1.), cuius effectus eſt ſolutio aeris alieni (§. 2). Communionis ratio eſt ſocietas, cuius uariae ſunt ſpecies, earumque primaria uniuerſalis omnium bonorum ſocietas, cuius indoles ex Jure Romano traditur (§. 3.) An communio bonorum coniugalis uniuerſali omnium bonorum ſocietati reſpondeat, diſquiritur, quae licet in quibusdam inuicem conueniant, illa tamen ex regulis ſocietatis Romanae diiudicanda non eſt (§. 4. 5.), quum utraque diuerſimode ab inuicem differant (§. 6), quod ad effectum ſoluendi aes alienum inter coniuges applicatur huiusque fundamenta oſtenduntur (§. 7.). Communio bonorum, conſummato demum matrimonio, incipit (§. 8.), omnia omnino utriusque coniugis bona complectitur (§. 9.) eaque in unum, potiori quidem iure mariti, confundit patrimonium (§. 10. 11.). Inde oritur communionis aeris alieni fundamentum (§. 12.), radicatum in ipſa bonorum communium qualitate (§. 13). Quid Jure Lubecenſi requiratur, ut locum habeat communio aeris aleni (§. 14.) docetur et, praemiſſa aeris alieni in id, quod ante et poſt nuptias conflatum eſt, diſtinctione, ſtatus controuer-

ſiae

Digitized by Google

ſiae formatur (§. 15.). Jure Lubecenſi aes alienum, ante nuptias conflatum, ex communibus bonis ſoluendum eſt (§. 16.), quod probatur ex indole communis in alterius bona dominii (§. 17.), ex relatiua utriusque coniugis participatione lucri et damni (§. 18.), ex generali ſtatuti diſpoſitione (§. 19.), ex analogia Juris Lubecenſis et argumentatione e Kolliana paraphraſi (§. 20. 21.), praxi Lubecenſi (§. 22.), conſenſu JCtorum (§. 23.) et praxi Judiciorum Pomeraniae (§. 24.). Dubia quaedam remiſſiue refelluntur (§. 25.). Haec obligatio ſoluendi aes alienum, ante nuptias conflatum, maritum aeque ac uxorem tangit (§. 26).

HERM. HENR. AB *ENGELBRECHT* obſeruatio: Uxor in ciuitatibus, in quibus Jus Lubecenſe receptum, ad aes alienum, ante matrimonium contractum, obligatur, poteſt tamen in concurſu creditorum mariti, communioni renunciare, ad effectum ſeruandarum futurarum acceſſionum, ad Lib. I. Tit. V. Art. VII. Juris Lubecenſis,

in EIUS Obſeruatt. Select. Forenſ. Specim. I. Obſ. VIII. p. 75 — 78.

JOH. RUDOLPHI ENGAU obſeruatio: Juxta Jus Lubecenſe et bona et debita coniugibus communia ſunt et inde uxor, conuenta a creditoribus mariti, ad priuilegium ſexus ſui abſque effectu prouocat,

in EIUS Deciſion. et Reſponſ. Juris Select. P. II. p. 104.

RESPONSUM GOETTINGENSE ad quaeſtionem Juris Lubecenſis de obligatione uxoris ad aes alienum mariti, praemiſſa relatione *in Sachen Benſers Witwe contra Michel Schröders Ehefrau*, A. 1756.

Exſtat. in ILL. JOH. STEPH. PÜTTERI *auserleſenen Rechtsfällen* P. I. p. 261 — 275. (6).

ARTI-

(6) Ob argumenti praeſtantiam commode iungi poteſt ILL. GE. LUDOV. BOEHMERI diſſ. *de iuribus et obligationibus coniugis ſuperſtitis ex communione bonorum uniuerſali, praeſertim iuxta Statuta Hildeſienſia.* Gott. 1748 nec poenitebit legere HENR. ERN. KESTNERI diſſ. *de communione bonorum inter coniuges, occaſione iuris conſuetudinarii Mindenſis*, Rintel. 1714. itemque THEOD. ADOLPHI ROTHE diſſ. *de communione bonorum inter coniuges Paderbornenſes*, Harderou. 1756. quos omnes in locum Scriptorum domeſticorum adoptandos eſſe, haud temere forſan cenſeo. Neque enim in ullo alio argumento Juri Lubecenſi magis conueniunt Leges Weſtphalo-

Digitized by Google

Articulus XI.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de uxore improli, repetente illata, iuxta Jus Lubecenſe, utut uenerit ex urbe, coniugia non diſtinguente, A. 1709.

Exſtat in Mantzel Jur. Mecklenb. et Lubec. ill. Cent. II. p. 95.

ERN. JOH. FRID. MANTZEL obſeruatio de uxore improli, cui ſpes pariendi ſupereſt, de Jure Lubecenſi non niſi ſub cautione ad recuperationem illatorum admittenda.

ibidem Cent. IV. p. 243.

Titulus VI.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM;

VON GABEN ZWISCHEN EHELEUTEN.

GEORG. HENR. AYRER diſſ. de donationibus inter uirum et uxorem ad Libr. I. Tit. VI. Art. I. & II. Juris Lubecenſis, Reſpondente Hermanno a Duhn, *Lubecenſi.* Goett. 1768.

Diſſertationis, magna cum ſedulitate conſcriptae, Sectio I. *de donatione inter uirum et uxorem ex Jure Romano*, Sectio II. *ex Legibus Germanorum* et quidem de uſu huius doctrinae ex legibus antiquiſſimorum Germaniae populorum generatim (§. 1.), et in ſpecie de commixtione iurium Romanorum et Germanicorum ex legibus Wiſigothorum et Baiuariorum (§. 2.) agit eiuſque origo ex ſtatutis medii aeui demonſtratur, quorum alia pro regula tenent, ut ualeant donationes inter coniuges (§. 3.), alia, ut ne ualeant (§. 4.), quorſum pertinet Jus Lubecenſe, quo, ſi matrimonium prole ditatum ſit, interdictum eſt, ne ſibi in uicem donare poſſint coniuges, niſi conſentiant liberi, ſi ſit improle, ualet donatio, publice in conſeſſu Senatus, accedente ex parte uxoris tutoris auctoritate, peragenda, ut tamen proximis heredibus legitima quantitas relinquatur et, ſi bona here-

phalorum et Statuta Hildeſienſia, quam in communione bonorum et ſeparatione liberorum, ita ut in Epiſcopatu Paderbornenſi effectus communionis, niſi ſpecialis obſeruantia eluceſcat, ad amuſſim Juris Lubecenſis expendantur, quod pluribus docet B. de Cramer loco ſupra p. 55. allegato.

Digitized by Google

hereditaria respiciat, propinquorum consensus adhibeatur (§. 5.). SECT. III. *de applicatione Juris communis ad facta Germanorum* differit et Jus Romanum et Canonicum in hoc argumento a Jure Lubecensi exsulare succincte enucleatur.

ARTICULUS I.

DAVIDIS MEVII obseruatio de donatione uxoris in uirum, constante matrimonio facta, ut ciuili sic et Lubecensi Jure, post mortem subsistente,

in EIUS Decision. P. VI. Dec. LXVII. p. 887.

ARTICULUS II.

JOH. BRUNNEMANN Responsum: An donatio reciproca inter conjuges Jure Lubecensi permissa et ibi locus sit Falcidiae?

in EIUS Consil. et Respons. p. 315—318.

TITULUS VII.
DE TUTELIS TUTORIBUS ET CURATORIBUS;
VON VORMUNDSCHAFTEN VORMÜNDERN UND BEYSORGEN.

MANDAT wider ungetreue Vormünder, d. 20. Jul. 1645.

Exstat inter Ordinationes, Juri Lubecensi adiectas, p. 121.

LÜBECK- und HAMBURGISCHE VERORDNUNG, wie es mit den Vormundschaften und Belegung der Unmündigen Gelder, auch Abtheilung der Kinder in dem Amte Bergedorff, sowohl im Städtgen als auf dem Lande zu halten, d. 2/? Jun. 730.

LÜBECK- und HAMBURGISCHE Vormundschafts-Ordnung in dem Städtgen Bergedorf, d. 6/? Jun. 1771.

Exstat in *Sammlung der Hamburgischen Gesetze und Verfassungen* P. X. p. 710—716.

LÜBECK- und HAMBURGISCHE Vormundschafts-Ordnung in dem Amte Bergedorf, d. 6/? Jun. 1771.

IBIDEM p. 717—724.

JOHAN-

Digitized by Google

(*JOHANNIS KLEFEKER*) *Anmerkungen von der Lübeckischen und Hamburgischen Pupillen-Vormundschaft.*

ibidem P. IV. p. 149—188.

Articulus I.

HENRICI BROKES obseruatio de auia, uiuo patre, nepotibus tutores constituente Jure Lubecensi,

in Eius Select. Obseruat. Forens. obs. DLIX. p. 580.

Articulus II.

GEORG. HENR. AYRER diss. de differentiis Juris Romani et Germanici, praesertim Lubecensis, in confirmandis tutoribus, Resp. Christiano Friderico Schumacher, *Lubecensi.* Gotting. 1748.

Articulus VII.

CHRISTIANI VII. Regis Daniae, *Verordnung, wodurch im Herzogthum Schleswig, statt des vollendeten achtzehnten Jahrs, das völlig zurückgelegte ein und zwanzigste Jahr zum termino der Volljärigkeit bestimmet, in den mit Lübischem Rechte bewiedmeten Städten aber es bey der Vorschrift desselben gelassen wird,* d. d. Christiansburg d. 27. April. 1767. (*)

Articulus VIII.

JOH. RUDOLPHI ENGAU Responsum: Secundum Jus Lubecense omnes feminae, quaecunque sint, sub tutela perpetua sunt et inde, ui dicti iuris, nihil ualide in iudicio absque consensu curatoris agunt nec Aduocati assistentia defectum tutoris supplet,

in Eius Decis. et Resp. Jur. Select. P. I. Dec. CXLV. p. 155.

I 2 Arti-

(*) Art. IV. *Wir heben auch alle wider diese Unsere Verordnung laufende Statuta hiemit auf und wollen nur, daß, in den auf das Lübsche Recht priuilegirten Städten, es bey der Vorschrift desselben, wornach die Volljährigkeit erst mit dem erfüllten fünf und zwanzigsten Jahre eintritt, mithin bey ietziger Verfassung, nach wie vor, verbleiben solle,*

Digitized by Google

Articulus XIII.

JOH. JOACH. SCHOEPFER Obſeruatio de uirtute uerbi: *mögen*, in textu Juris Lubecenſis de tutoribus, uſurarum rationes reddentibus,

Exſtat in Mantzel Jur. Mecklenb. & Lubec. illuſtr. Cent. V. p. 288.

Articulus XIV.

CHRISTIANI VI. Regis Daniae, Reſcriptum *daß der Articulus XIV. Tit. VII. Lib. I. des Lübſchen Rechts, wegen unentgeldlicher Uebernehmung der Vormundſchaften, in der Stadt Glückſtadt ceſſiren ſolle*, d. d. Chriſtiansburg d. 4. Mart 1746.

Exſtat in de Cronhelm Corp. Conſtitutionum Regio-Holſatic. T. III. P. I. p. 47.

Titulus VIII.
DE PRAESCRIPTIONIBUS;
VON VERJÄHRUNGEN.

JOH. GOTTLIEB HEINECCII diſſ. de praeſcriptione annali Juris Lubecenſis, a iure communi diuerſa, Reſpondente Petro Bürgesohn, Geualia-Sueco, exinde JC. *Lubecenſi.* Hal. 1734.

Recuſa exſtat in Eius *Opuſc. uar. Sylloge* p. 872—919. Juris Lubecenſis celebritas et aequitas mouit Auctorem, ut ſingulare hoc illius caput, cum ſanctionibus Juris ciuilis Romani collatum, exponeret (§. 1.). Praeſcriptio eſt modus adquirendi Juris ciuilis (§. 2.), iuri tamen naturali ac gentium non aduerſatur (§. 3.). Leges ciuiles attemperandae ſunt cuiuſuis Reipublicae fini et genio populi, adeoque et praeſcriptio, apud ueteres ideo tam uaria (§. 4. 5.), complectens in emporiis maxime contractiora, quam alibis tempora (§. 6.) et hinc Lubecae fere ita, ut eſt annalis, locum obtinens (§. 7.). Annus et dies in Jure Lubecenſi accipitur pro uiginti quatuor horarum ſpatio (§. 8.). Primus casus praeſcriptionis annalis eſt uindicatio hominum propriorum (§. 9.), ubi ſimul, an uindicationi ſeruorum iure ciuili obſtet praeſcriptio (§. 10.), an talis praeſcriptio Jure uetere Germanico prodita fuerit (§. 11.), an in ciuitatibus ſeruis fugitiuis tutum perſugium fuerit (§. 12.), diſquiritur. Praeſcriptio, qua ſe tuentur homines proprii, ex priuilegio eſt (§. 13.), quale et Lubecenſibus

censibus obtigit, datum ab Henrico Leone, ab Imperatore Friderico vero confirmatum, idemque primario ex Jure Susatensi deriuandum (§. 14.). Sanctio Art. III. Tit. III. Lib. I. Juris Lubecensis (§. 15.) explicatur. Praescriptio haec hominem proprium in libertatis possessione defendit, praestita tamen domino aestimatione (§. 16.). SECUNDUS CASUS est, qua uindicatio rerum immobilium et mobilium excluditur (§. 17.), collatoque Jure communi et Lubecensi, nec non reliquis Germaniae iuribus (§. 18. 19.), aequitas eiusmodi statuti, quo ciuitates quaedam Germanicae praescriptionem in immobilium alienatione admiserunt, docetur (§. 20.) et Statuta Lubecensia de usucapione rerum immobilium et mobilium (§. 21. 22.) explicantur. TERTIUS CASUS est praescriptio bonorum uacantium et legatorum caducorum (§. 23.), ubi Juris Romani et Lubecensis differentiae adducuntur (§. 24.), posterius Juris Germanici antiqui principia sequi (§. 25.) docetur et utrumque caput tam de bonis uacantibus, quam de legatis caducis, (§. 26. 27.) explicatur. QUARTUS CASUS est de forma aedificiorum, ubi Jus Lubecense cum Romano confertur (§. 28. 29.). QUINTUS CASUS existit in dote, duobus prioribus annis exigenda, ubi Juris Romani et Lubecensis differentia ostenditur (§. 30. 31.). SEXTUS CASUS eorum est, quae libro ciuitatis publico inscripta sunt, nec nisi intra annum et diem, qui inter absentes utilis est et a tempore scientiae currere incipit, impugnanda (§. 32. 33).

(JOHANN'S KLEFEKER) Anmerkungen von der Verjährung nach Lübeckischen und Hamburgischen Rechten.

Exstat in *Sammlung der Hamburgischen Gesetze und Verfassungen* P. IV. p. 286—301.

TITULUS IX.

DE DONATIONIBUS;

VON GESCHENKTEN GABEN.

ARTICULUS II.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de donationis omnium bonorum requisitis iuxta Jus Lubecense, A 1737.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenburg. & Lubec. illustr. Cent. I. p. 44.

Digitized by Google

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de donationis mortis caufa requifitis fecundum Jus Lubecenfe, A. 1735.

IBIDEM Cent. IV. p. 193.

DAVIDIS MEVII obferuatio: donatio mortis caufa per quae ex Jure communi et Lubecenfi irrita fiat?

in EIUS Decifion. P. VI. Dec. CCCXXXI. p. 994.

ARTICULUS IV.

ERNESTI COTHMANN Refponfum de donatione rei immobilis, filio a matre facta, Jure Lubecenfi inualida,

in EIUS Confultat. et Refponf. Jur. Vol. III. Refp. XI. p. 58—62.

CAR. FRID. WINCKLER diff. de donatione remuneratoria feminae Lubecenfis, folo curatoris confenfu ualida, Refpondente JOHANNE JACOBO A MELLE, *Lubecenfi.* Kil. 1760.

Defenfa prius utriufque fexus aequalitate (§. 1.), de conditione feminarum fecundum Jus Romanum et inftituta Germanorum (§. 2. 3.) agitur et Juris Germanici difpofitiones, cum primis Lubecenfis, parum iis favere monftratur (§. 4.), quod pofterius etiam in argumento donationum, liberalitati feminarum obicem ponit (§. 5.). Quae Juris Lubecenfis difpofitio quum ad donationes etiam remuneratorias pertinere uideatur, Lege generaliter loquente (§. 6.) et in primis ratione ftatuti, donationem etiam remuneratoriam concernente (§. 7.), contraria tamen fententia defenditur ex ipfa textus Juris Lubecenfis ratione (§. 8.) donationis remuneratoriae natura (§. 9.), aequitate naturali fuffulta (§. 10.), analogia Juris Germanici (§. 11.), ordalio Lubecenfi (§. 12.), indeque donationem remuneratoriam, folo curatoris confenfu adhibito, ualere concluditur et ipfa SENATUS LUBECENSIS fententia confirmatur (§. 13.).

ARTICULUS V.

HENRICI BROKES obferuatio de donatione bonorum hereditariorum, Jure Lubecenfi non fubfiftente,

in EIUS Select. Obferuat. Forenf. obf. CCCCLXXXII. p. 516—522.

TIT. X.

Digitized by Google

Titulus X.

QUIBUS ALIENARE LICET VEL NON;

WER DAS SEINE ZU VERÄUSSERN MÄCHTIG ODER NICHT MÄCHTIG IST.

Articulus VI.

SENATUS GRYPHISWALDENSIS atteſtatum, *daß der Articulus VI. Tit. X. Lib I. Juris Lubecenſis daſelbſt in keiner Obſervance, ſondern von undenklichen Zeiten alſo gehalten worden, daß ein jeder von Erbgüthern per teſtamentum ualide diſponiren könne*, d. 21. Aug 1704.

Exſtat in Helvig diſſ. de non uſu Juris Lubecenſis in ciuitatibus Pomeraniae pag. 21.

SENATUS LUBECENSIS atteſtatum, *daß nach Stadt-Recht und der beſtändigen praxi biß auf den heutigen Tag, allerhand Guth, welches einem Menſchen anfallen mag von ſeinen Aeltern oder Bluthsfreunden, in aufſteigender, niederſteigender und Seiten-Linie, Erbguth geheißen werde und beym Erbgange bleiben müſſe*, d. 13. Mai. 1745.

Obuerſatur illud inter documenta, adiuncta der unterthänigſten Imploration pro decernenda reſtitutione in integrum, in Sachen von Broembſen contra von Herbenſtein (Wetzlar. 1745.) Lit. Uu. p. 198.

SENATUS LUBECENSIS declaratio authentica, *daß unter der Benennung von allerhand Guth, auch das baare Geld und alles andere Mobiliar Guth in praxi begriffen und verſtanden werde,* d. 27. April. 1754. (8)

ERN.

(8) Quae ita ſonat: *Wir Bürgermeiſter und Rath der Kaiſerl. und des heil. Römiſchen Reichs freyen Stadt Lübeck thun kund und bezeugen hiemit vor jedermänniglich: Demnach Uns der Königl. Preuſſiſche würkliche Etats- und Kriegs-Miniſtre, Hr. Baron von Dankelmann zu erkennen gegeben, wasmaßen über das von Uns, auf Anſuchen des verſtorbenen Königl. Preußiſchen Obriſten, Hrn. Baron Dieterich von Herbenſtein, den 13. May 1745. dahin ertheilte* Atteſtatum:

„Daß nach unſern Statuten und Stadt-„Rechte, wie auch der beſtändigen Praxi, „allerhand Gut, welches einem Menſchen „anfallen mag, von ſeinen Eltern, oder „Blutsfreunden, in aufſteigender, nieder-„ſteigender und Seiten-Linie, Erbgut ge-„heißen werde und beym Erbgange ver-„bleiben müſſe:

ein

ERN. COTHMANN Reſponſum de rebus hereditariis, Jure Lubecenſi abſolute non alienandis,

in EIUS Conſultat. et Reſponſ. Jur. Vol. III. p. 62 — 66.

RESPONSVM ROSTOCHIENSE de portione coniugum ſtatutaria, Jure Lubecenſi bonorum hereditariorum naturam non induente, A 1671.

Exſtat in MANTZEL Jur. Mecklenburg. et Lubec. illuſtr. Cent. II. p. 84.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de mobilibus et iuribus, ad bona hereditaria, in reſtricto ſenſu Juris Lubecenſis, non referendis, A. 1605.

IBIDEM Cent. I. p. 20.

RE-

ein Zweifel erreget werden wollen, ob, nach dieſer Beſchreibung, welche aus Unſerm Stadtrechte in dem obberegten Atteſtato wörtlich eingeſchloſſen, inſonderheit nach dem Sinn der Worte: Allerhand Gut, auch das baare Geld und alles andere Mobiliar-Gut in praxi unter dem Erbgute begriffen und verſtanden werde? Dieſerwegen er, der Hr. Baron von Danckelmann, Uns um die Ertheilung einer authentiſchen Declaration zur Hinlegung alles Zweifels erſuchet Ob nun wohl die im Eingange Unſers Atteſtati befindliche Anfrage des Hrn. Quaerenten: ob, nach Unſern Lübeckiſchen Stadtrechten, alles dasjenige, was einem in aufſteigender, niederſteigender, oder Seiten-Linie anfällt, absque diſtinctione, ob es mobil, oder immobil ſey, vor Erbgut, ſo bey dem Erbgange bleiben muß, gehalten und angeſehen werde? den wahren Verſtand Unſerer Antwort, welche nach Maasgabe der Frage anzunehmen, bereits ſattſam beſtimmet, ſelbſt aber die eine orationem univerſalem in ſich faſſende Worte: allerhand Gut, ihrer Natur und Eigenſchaft nach, keiner Einſchränkung und Ausnahme fähig, als über dies eine generalis legis determinatio ex natura verborum, nach allen geſunden regulis interpretandi, keine diſtinctionem leidet: So haben Wir doch, um alle vermeintliche Ungewisheit Unſers Atteſtati zu heben, Uns auf ferneres Verlangen, nicht entlegen wollen, ſolches hiemit deutlich und zwar dahin zu declariren: Daß unter dem Erbgute, welches, nach dem Lübſchen Rechte, bey dem Erbgange bleiben muß, alle unbewegliche und bewegliche, folglich auch die baar vorhandenen und ausſtehenden Gelder, welche letztere ohne Unterſcheid, ob darüber eine hypotheca in re immobili conſtituiret worden, oder nicht, zu den Mobiliar-Stücken gehören, verſtanden werden, auch dieſes die tägliche praxis ſeit undenklichen Jahren außer allen Widerſpruch geſetzet, dergeſtalt, daß auch niemalen bey Uns in den Teſtamentis ein Unterſcheid unter den beweglichen und unbeweglichen Erbgütern gemacht, ſondern beide absque ulla diſtinctione bey dem Erbgange gelaſſen werden müſſen. Zur Urkund deſſen haben Wir dieſen offenen Schein darüber ertheilen und wiſſentlich mit Unſerm Stadt-Signet beſtärken laſſen. So geſchehen Lübeck d. 27. April 1754.

Digitized by Google

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de bonis hereditariis, quatenus iuxta Jus Lubecenſe teſtatoris arbitrio ſint obnoxia, A. 1724.

ibidem Cent. II. p. 103.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de bonis hereditariis ad mentem Juris Lubecenſis, A. 1735.

ibidem Cent. I. p. 48.

RESPONSUM HELMSTADIENSE quid ſint de Jure Lubecenſi *Erbgüther* et an ea alienari poſſint?

Exſtat in Andr. Homborg Conſiliis ſiue Reſponſis Helmſtadienſibus p. 78—81.

JAC. FRID. LUDOVICI diſſ. de diuerſo iure bonorum adquiſitorum et hereditariorum. Hal. 1714.

Jure Hamburgenſi et Lubecenſi bona diuiduntur in adquiſita et hereditaria (§. 1. 2.), quae ex Statutis Hamburgenſibus, Lubecenſibus et Luneburgenſibus (§. 3. 4.) definiuntur et, quid Jure Saxonico ſub uoce *der Stammgüther* ueniat, (§. 5.) docetur. Legitimorum nomine, ad quos hereditaria deuoluuntur, etiam legitimati et adoptiui comprehenduntur (§. 6.). Bona ab eo, cui proxime ſucceſſurus eſt, emta, naturam hereditariorum non ſortiuntur (§. 7. 8.), nec bona, ex permutatione pro hereditariis accepta (§. 9.). Quid eueniat, ſi quis rem hereditariam uendiderit, poſtea autem eamdem redemerit, cum diſtinctione proponitur (§. 10.). Caſus, ſi res hereditaria, inter duos pluresue diuidenda, ab uno illorum retineatur, ceteriſque ſuarum partium pretium ſoluatur, item, ſi ipſe teſtator bona inter liberos diuiſit, (§. 11.) proponitur. Si quis bona hereditaria uendidit et pro eorum pretio alia ſibi comparauit, an illa hereditariorum naturam habeant, (§. 12.) diſquiritur. Bona hereditaria, ab hoſte occupata et deinde recuperata, priſtinam naturam retinent, quod ſecus eſt, ſi quis bona, ab hoſte occupata, ſoluto pretio redemerit (§. 13.). Portio Statutaria Jure Lubecenſi ad bona hereditaria non pertinet (§. 14.), nec quae titulo donationis ad proximum heredem perueniunt (§. 15.). Bona, quae parentes liberis, tempore ſeparationis, adſignant, hereditaria ſunt (§. 16.), itidem ſi quis eum in teſtamento heredem ſcripſit, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat (§. 17.). Sub nomine hereditariorum ſola immobilia comprehenduntur (§. 18. 11). Ad ipſum ius bonorum adquiſitorum et hereditariorum accedens Auctor,

 prae-

Digitized by Google

praemiffis, quae Jure Romano & Saxonico obtinent (§. 20—27.), bona in dubio adquifita praefumi (§. 28—30.), defendit. Super bonis adquifitis poffeffori liberum difponendi arbitrium, tam inter uiuos quam mortis caufa, competit (§. 31—33.), ita tamen ut, fi in extraneum ea transferantur, proximi agnati gaudeant iure protimifeos, quod ex Jure Lubecenfi contra Cothmannum et Meuium (§. 34—37.) firmatur et ex Jure Hamburgenfi cafus de uxore, fuper bonis adquifitis, in fauorem mariti, difponente (§. 38.) adfertur. De bonis hereditariis iure Hamburgenfi, Lubecenfi et Luneburgenfi, fine proximorum heredum confenfu, difponere non licet (§. 39—43.). Alienatio, contra tenorem Statutorum fufcepta, nulla eft et res alienata a proximo herede, fine reftitutione pretii, uindicari poteft (§. 44.), neutiquam uero ab alienante (§. 45. 46.). Jus uindicandi bona alienata omnibus uenditoris cognatis competit, modo fint proximi heredes (§. 47.). Plures heredes, aeque propinqui, fi res commode diuidi poffit, pro rata admittuntur, fi diuidi nequeat, praeuentioni locus eft et, fi omnes in uindicatione concurrant, res per fortem decidenda eft, fique alienans rem hereditariam in unum ex pluribus, aeque propinquis, tranftulit, reliquis ius uindicandi non competit (§. 48.). Si heredes propinquiores iuri fuo renuncient, remotioribus ius uindicandi non competit (§. 49.). Liberi feparati proximorum heredum nomine non ueniunt (§. 50.). Confenfus proximorum heredum in alienationem in dubio non praefumitur (§. 51.), nec proximus heres ius uindicandi bona alienata alteri cedere poteft (§. 52.). Ciuis Lubecenfis bona immobilia hereditaria, in alieno territorio fita, alienare poteft (§. 53.), non ualet alienatio, fi bona Lubecae fint, poffeffor autem alibi commoretur, uel iuri ciuitatis renunciauerit (§. 54. 55.). Aedificium recens, in fundo hereditario exftructum, folo cedit et uindicari poteft, refufis tamen expenfis (§. 56.). Oppignoratio bonorum hereditariorum non ualet, interim tamen proximus heres, uiuo oppignorante, uindicare illa nequit (§. 57.). Differentia bona inter hereditaria et adquifita in ciuitatibus Pomeraniae, Jure Lubecenfi utentibus, non obtinet (§. 58.). Explicatur *Art. IV. Tit. X. Lib. I. Jur. Lubec.* (§. 59.). De bonis hereditariis ad pias caufas legare, uel in remunerationem donare, non licet (§. 60.), ea tamen, fumma urgente neceffitate, alienantur (§. 61. 62.), quorfum pertinent alimenta, ad fumtus ftudiorum non extendenda (§. 63. 64.), dotis conftitutio (§. 65.), redemtio captiuorum (§. 66.), transactio de bonis hereditariis (§. 67.), aes alienum defuncti (§. 68.); confultum tamen eft, ut cognitio interueniat

Digitized by Google

ueniat et decretum magiſtratus (§. 69.). Jure Lubecenſi ualet alienatio, ſi pretium, ex uenditione bonorum hereditariorum redactum, collocetur in annuos reditus (§. 70. 71.), ſaluo ſemper proximis heredibus iure protimiſeos (§. 72.). Bona hereditaria, ob delictum commiſſum, Fiſco addici nequeunt (§. 73.). Ea Jure Hamburgenſi, neceſſitate urgente, alienari poſſunt (§. 74.). Adfinia bonorum hereditariorum ſunt bona fideicommiſſaria, quae communiter per modum ultimae uoluntatis (§. 75.), interdum per modum contractus (§. 76.), conſtituuntur.

JOH. ZACH. HARTMANN diſſ. de bonis, hereditate delatis a cognatis, inteſtato mortuis, Statuto Lubecenſi iuxta et Stadenſi, tum mobilibus, tum immobilibus, ſed praxi tantum immobilibus. Kil. 1735.

Bona, quae alicui ex hereditate inteſtato mortuorum obueniunt, minus recte appellantur hereditaria, patrimonialia, auita, gentilitia, genearchica, familiaria, truncalia (§. 2.), ſimulque plures differentiae inter *Erb- & Stamm-Guth* (§. 3. 4.) recenſentur. Bona auita ſeu gentilitia ab auo minimum uenerint neceſſe eſt (§. 5.), etiam in ſucceſſione collateralium (§. 6.). Talia eſſe adfirmans probare debet, a quo tamen onere liberat poſſeſſio (§. 7.). Auitum uindicaturus praedium et agnationem gentilitiam et gradum agnationis probare debet (§. 8.). Accepta pro permutatis bonis auitis ad bona pertinent adquiſita (§. 9.). Bona auita ſunt ſola immobilia, non quidem Jure ueteri Germanico, attamen Saxonico Electorali et Equeſtri Bremenſi (§. 10.). Bona, a cognatis, inteſtato mortuis, hereditate profecta, Jure Lubecenſi et Stadenſi, mobilia et immobilia comprehendunt, quod probatur ex eorum definitione atque oratione Statutorum uniuerſali (§. 11.), diſpoſitione generali (§. 12.), plurium Juris Lubecenſis articulorum conuenientia (§. 13.), analogia iuris Statutarii (§. 14. 15.), aliorum Germaniae Statutorum conſenſu (§. 16.). Quae argumenta contra obiectiones nonnullas (§. 17 — 20.) defenduntur et Reſponſo JCtorum Kilonienſium (§. 21.) firmantur.

ERN. JOH. FRID. MANTZEL obſeruatio de limitibus bonorum hereditariorum et adquiſitorum,

Exſtat in Erus Select. Jurid. Roſtoch. Faſc. I. Spec. XLI. p. 322.

SENATUS ROSTOCHIENSIS atteſtatum, *daß, ob zwar die Stadt Roſtock mit Lübſchem Recht bewiedmet, dennoch die prohibitio alienationis der beweglichen oder unbeweglichen Erbſchaftsgüther*

 daſelbſt

daselbst niemals beobachtet, oder darauf in iudicio attendiret worden und einem jeden, auch den Frauensleuten hierunter in testamentaria dispositione freye Hand geblieben, d. 13. Mart. 1738.

Exstat in ILL. JAC. HENR. BALEKE diss. infra laudanda de pactis coniugum successoriis p. 15.

ALEX. HIERON. CLASEN ET *JOH. CHRISTIANI FROELICH* Responsum Juridicum *über die Disposition des Lübeckischen Rechts wegen Veräußerung der wohlgewonnenen und Erb-Güther*, A. 1742.

Exstat in *Schleswig-Holsteinischen Anzeigen* Anni 1754. p. 193. sqq.

GRÜNDLICHE AUSFÜHRUNG daß, nach Lübeckischen und Lüneburgischen Rechten, die Erbgüther dem Erbgange nicht können entzogen werden, dazu auch nach Lübischem Rechte die Mobilia mit gehören, A. 1745.

Auctore B. CHRISTIANO PETERS, Viro in primis erudito et de omni republica Lubecensi, dum uita manebat, egregie merito, prodiit in subadiunctis der unterthänigsten Imploration pro gratiose decernenda restitutione in integrum in Sachen von Brömbsen contra von Herbenstein (Wetzlar. 1745.), Lit. Aaa.

EINES HOLSTEINISCHEN PRACTICI Bedenken, daß, non obstantibus Art. VI. Tit. X. Lib. I. et Art. II Tit. I. Lib. II. Juris Lubecensis, geerbte Capitalien in den Holsteinischen Städten, in specie zu Gl. per testamentum auf andere, so nicht die nächsten Erben sind, transferiret werden können,

Exstat in *Schleswig Holsteinischen Anzeigen* Anni 1764. p. 84. seqq.

JOH. CAR. HENR. DREYER diss. de restricta facultate alienandi bona hereditaria, ad hereditaria mobilia non pertinente, Jure Germanico, Holsatico et Lubecensi. Kil. 1750.

Usus ueterum Juris Lubecensis codicum pragmaticus probatur in explicando alienationis bonorum hereditariorum argumento, quae ex successione

ſione cognatorum, ab inteſtato mortuorum, conſtituuntur adeoque legata et donata a proximis cognatis itemque portionem ſtatutariam non comprehendit (§. 1. 2.). Bona hereditaria uel intuitu originis, uel alienationis conſiderantur ita, ut reſpectu alienationis mobilia non comprehendant (§. 3.), ſed reſtricta alienatio cadat in immobilia, contra diſtincta proprietatibus conquiſitis, quod probatur ex codicibus Juris Lubecenſis uetuſtis, quibus dicuntur: *Torfacht eigen* (§. 4.), ibi uero hereditaria immobilia denotari, probatur ex Jure Suſatenſi et ipſa codicum Juris Lubecenſis oratione, ſicut etiam *Ervegud* de immobilibus praedicatur (§. 5.). Reſtricta alienatio pertinet ad Torfacht eghen, non autem ad mobilia hereditaria, quae Jure Lubecenſi ualide alienantur, abſque conſenſu propinquorum (§. 6.), etiam Saxonico (§. 7.). Jure Holſatico prouinciali mobilia hereditaria libere alienantur inter uiuos et mortis cauſa, neutiquam uero immobilia (§. 8.), aliiſque iuribus particularibus Holſatiae, Cimbriae, Germaniae, ubi elegans de iure dioeceſano Neomonaſterienſi obſeruatio interſpergitur (§. 9.). Argumenta diſſentientium, qui Jure Lubecenſi etiam mobilia hereditaria ſub reſtricta alienatione comprehendi putant, proponuntur (§. 10.), diluuntur et diſpoſitionem Juris Lubecenſis ad ſola immobilia pertinere, Reſponſo JCtorum Kilonienſium probatur (§. 11.).

(JOHANNIS KLEFEKER) Anmerkungen von dem Unterſchiede der Erb- und wohlgewonnenen Güther nach Lübeckiſchen und Hamburgiſchen Rechten,

in Eius *Sammlung der Hamburgiſchen Geſetze und Verfaſſungen* P. IV. p. 237—247.

HENRICI BROKES obſeruatio de ſumtibus funeralibus, Jure Lubecenſi ab herede bonorum adquiſitorum praeſtandis,

in Eius Select. Obſeruatt. Forenſ. obſ. DLIV. p. 577.

EIUSDEM obſeruatio de ſumtibus conuiuii nuptialis, a patre erogati, Jure Lubecenſi bonis hereditariis non accenſendis,

ibidem Obſ. DLV. p. 578.

Digitized by Google

CAP. V.
DE SCRIPTORIBUS AD LIBRUM SECUNDUM JURIS LUBECENSIS.

TITULUS I.
DE TESTAMENTIS ET LEGATIS;
VON LETZTEN WILLEN UND MILDEN GABEN.

JUSTI HENNING. BOEHMER diss. de prudentia legislatoria Juris Lubecensis in materia de successione testamentaria. Hal. 1708. 1725.

Denuo recusa exstat in EIUS Exercitatt. ad Pandectas, cura illustris filii, GE. LUDOV. BOEHMERI editarum, T. V.

JOH. ZACH. HARTMANN diss. de Juris Canonici testamento, testamenti Lubecensis causa. Kil. 1730.

Etymologia et definitio testamenti (§. 2. 3.) traditur. Testamenta non sunt iuris naturae et gentium (§. 4.), sed ciuilis (§. 5.), ueteribus Germanis incognita (§. 6.), saeculo V. a quibusdam Germaniae populis usurpari coepta (§. 7.). Sacerdotibus tamen et Episcopis, in condendis illis, primae fere tribuuntur partes (§. 8.), ad colligendas Ecclesiae opes (§. 9.), pia fraude usis, laicos ad transferendum in pios usus patrimonium, sub spe aeternae salutis, permouentibus (§. 10.). Episcopi testamenta in Germaniam introduxerunt (§. 11.), quorum usus, adoptato Jure Canonico, magis inualuit (§. 12.), unde testamentum Juris Canonici in Germania etiam inferiori usu receptum (§. 13.) et hinc Juris Lubecensis testamentum partum esse Juris Canonici exponitur (§. 14.), de forma et diuersa praxi testamenti Juris Lubecensis agitur (§. 15.) et causa, cur a forma Juris Canonici deflectere coeperint Germani, inuestigatur (§. 16.).

JOACH. ANDR. HELWIG singularia de testamentis ex Jure Lubecensi,

Exstat in B. ENGELBRECHT Select. Consultat. Gryphiswald. p. 240—260.

JO-

Digitized by Google

(JOHANNIS KLEFEKER) Anmerkungen von der Testirungsart nach Lübeckischen und Hamburgischen Rechten,

in Eius *Sammlung der Hamburgischen Gesetze und Verfassun-* P. IV. p. 323 — 388.

FRID. ESAIAE A *PUFENDORF* obseruatio de usu Juris Lubecensis in ciuitate Moellen, Ducatus Lauenburgici, praesertim in testamentis,

in Eius Obseruatt. Juris uniuersi T. IV. Obs. IV. p. 15 — 17.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE num communio bonorum coniugalis de Jure Lubecensi impediat testamenti factionem? A. 1672.

Exstat in (Mantzel) Select. Jurid. Rostoch. Fasc. III. Spec. XV. p. 103 — 107.

GEORG. FRID. BUCHHOLTZ diss. de quaestione: An et quatenus parenti superstiti, in communione bonorum uniuersali, cum liberis continuata, etiamsi nulla praecesserit eorumdem separatio, testari liceat? Giess. 1772.

Cultissima est et ex ipsis rerum argumentis depromta exercitatio. Communio bonorum Germanis, uti antiquissimis temporibus ignota (§. 1.), ita medio aeuo ratione adquaestus placuit (§. 2.), insequenti tempore consuetudine magis, quam iure scripto inualuit (§. 3.) eiusque notio et distinctio proponitur (§. 4.). Jure Lubecensi omnia utriusque coniugis bona afficit (§. 5.), quod ex coniugum inter se successione (§. 6.) et aeris alieni communione (§. 7.) probatur, ratione mariti limitanda (§. 8.) et ad debita, ante matrimonium contracta, non extendenda (§. 9.). Communio bonorum, matrimonio plene, hoc est, moribus antiquis per conscensionem thalami, ui ordinationis politicae Lubecensis A. 1612 per deductionem nouiter nuptae ad lectum genialem, consummato, incipit (§. 10.) et semel coepta post mortem alterutrius coniugis, inter parentem superstitem et liberos continuatur (§. 12.), tollitur autem separatione, quae regulariter intuitu parentis uoluntaria est (§. 13.) nec inane esse liberorum condominium asseritur (§. 14 — 16.); unde oritur quaestio: Utrum parenti superstiti competat facultas condendi testamentum, an potius, neglecta liberorum separatione et in rerum cum iis societate permanens eo ipso testamentifactione sese abdicasse uideatur (§. 17.)? Jure

Digitized by Google

Jure Lubecensi, quando matrimonium prole ditatum non est, maritus de portione bonorum, ab uxore uidua cum heredibus eius diuidenda, testari potest, mulier non item (§. 18.) et patri libera inter matrem et liberos dispositio uindicatur (§. 19.). Testamentum facit parens superstes, nulla licet antecesserit liberorum separatio (§. 20.), non quidem de bonis communibus omnibus (§. 21.), sed pro quantitate sibi debita (§. 22.), ex eo bonorum statu, qui fuit tempore diuisionis, ex legis dispositione ineundae, aestimanda (§. 23.). Mater uidua, in bonorum cum liberis communione uiuens, ab huiusmodi testamentaria dispositione arcenda erit et solus uiduus, in eadem permanens, licite testabitur (§. 24.).

ARTICULUS II.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de testamento nuncupatiuo, coram duobus Viris Senatoriis condito secundum Jus Lubecense. A. 1599.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. I. pag. 7. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. I. Spec. XIV. p. 105.

RESPONSVM ROSTOCHIENSE de forma testamenti Juris Lubecensis, qua membra et deputatos Senatus, item qua alia obseruanda, A. 1738.

IBIDEM Fascic. V. Spec. IX. p. 66—69.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de testamento Juris Lubecensis, intuitu bonorum hereditariorum, speciatim Sundensi. A. 1731.

IBIDEM Cent. IV. p. 206.

ARTIC. X. ET XIV.

SENATUS STARGARDENSIS attestatum, *daß der Articulus X. Juris Lubecensis, nach welchem eine Frauensperson, oder eine Witwe, zu testiren nicht befugt, sie habe denn von ihrem Manne die Macht dazu erhalten, daselbst zur Observance nicht gediehen, vielmehr dergleichen testamenta, a uiduis condita, in contradictorio salviret worden*, d. 1. Mart. 1633.

Ex authentico in lucem edidit elegantissimus quondam JCtus, HERM. HENR. AB ENGELBRECHT in delineatione Status Pomeraniae Suethicae Cap. IV. §. 9. p. 217.

RE-

Digitized by Google

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de teſtamento reciproco coniugum, Jure Lubecenſi non ſubſiſtente, ſalua ualiditate maritalis, A. 1593.

Exſtat in MANTZEL Jur. Mecklenburg. & Lubec. illuſtr. Cent. I. p. 9. Cent. III. p. 173. et Selectt. Jurid. Roſtoch. Faſc. I. Spec. XXXI. p. 244.

JOH. BRUNNEMANN Reſponſum de teſtamento reciproco, ſecundum diſpoſitionem Juris Lubecenſis, et quatenus de bonis auitis teſtamento diſponere liceat?

in EIUS *Conſil et Reſponſ.* p. 287—293.

ERN. JOACH. DE *WESTPHALEN* obſeruatio de uſu ueterum Juris Lubecenſis codicum ſpeciatim in argumento teſtamenti reciproci,

in praefatione T. III. Monument. ined. p. 120. ſq.

EINES HOLSTEINISCHEN PRACTICI Bedenken, daß die teſtamenta reciproca unter Eheleuten, non obſtantibus Art. X. et XIV. Tit. I. Lib. II. Juris Lubecenſis, in den Holſteiniſchen Städten, in ſpecie zu Gl zu Recht beſtändig,

Exſtat in Schleswig-Holſteiniſchen Anzeigen Anni 1764. p. 81.

FRID. ESAIAE A *PUFENDORF* obſeruatio de teſtamentis coniugum reciprocis ex Jure Lubecenſi,

in EIUS Obſeruat. Juris uniuerſi T. IV. Obſ. V. p. 17.

JUDICII TETRAPOLITANI(9) ſententia contra Regiam confirmationem, quae teſtamento, Jure Lubecenſi inualido, acceſſerat, A 1621.

Exſtat in DE WESTPHALEN Monument. inedit. T. IV. p. 3266.

RE-

(9) Quod iudicium, locum in eo tenentibus quatuor ciuitatibus KILIA, RENDESBURGO, ITZEHOA et OLDESLOHE, ad praecludendam utriuſque Ducatus ciuibus viam, appellandi in querimoniis ſuis ad ILLUSTREM SENATUM LUBECENSEM, olim a IOHANNE, Rege, et FRIDERICO, Duce, exeunte Saeculo XV. conſtitutum et deinceps in Ordinatione prouinciali Holſatiae curatius definitum, primo quidem, ortis inter ipſas urbes diſſidiis, a litigantibus derelictum, poſthaec Principum conſenſu plane ſublatum eſt. Vid. DE CRONHELM Hiſt. iur. et iudic. Holſatiae, praemiſſa *Corp. Statut. prouinc.* Cap. VIII. p. 118. et JOH. GUIL. GADENDAM *Hiſt. Jur. Cimbr. ſpeciatim Slesuicenſis et Holſatici* Sect. II. §. 35. et 36. p. 103.

Digitized by Google

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de ualore Juris Lubecensis receptitii, speciatim qua testamenta feminarum, A. 1695.

Exstat in (MANTZEL) Select. Jurid. Rostoch. Fasc. II. Spec. V. p. 35—39.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de usu Juris Lubecensis in ciuitate Mölln, speciatim qua testamenta feminina, specialissime uiduarum,

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenburg. et Lubec. illustr. Cent. II. p. 85.

JOACH. HENR. SIBRAND progr. de restricta testamenti factione mulierum, Jure Lubecensi etiam ad matrem, inter liberos testantem, extendenda, feminae tamen Rostochiensi contra dispositionem Juris Lubecensis permittenda. Rost. 1720.

Quod, si pauca demas, integrum fere suscepit B. MANTZEL in Jur. Mecklenb. et Lubec. ill. Cent. V. Judic. LII. et LIII. p. 283.

HERM. HENR. AB *ENGELBRECHT* obseruatio: Quando femina, in fauorem piae causae, disposuit et haec, ex L. fin. C. de Edicto D. Hadriani, missionem in bona hereditaria petit, dispositio Juris Lubecensis, qua feminis testandi facultas prohibita, missioni obstare nequit, ad Lib. II. Tit. I. Art. X. et XIV. Juris Lubecensis.

in EIUS Obseruat. Select. Forens. Spec. I. p. 79—81.

JOH. RUDOLPH. ENGAU Responsum de testamento, in quo uidua, non impetrato consensu mariti, de bonis eius ac propriis disposuit, Jure Lubecensi inualido,

in EIUS Decis. et Resp. Jur. Select. p. 303.

JOH. CASP. KRUEKE diss. de testamentis feminarum secundum Jus Lubecense, Harderou. 1761.

HENR. BROKES obseruatio de femina Juris Lubecensis non testante,

in EIUS Select. Obseruat. Forens. obs. CCCXIV. p. 363.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICULUS XI.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de insinuatione testamenti ad normam Juris Lubecensis, A. 1579.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenb. & Lubec. illustr. Cent. I. p. 5. Cent. III. p. 162. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. I. Spec. I. p. 4.

JOH. BRUNNEMANN Responsum de publicatione testamenti, legitimo tempore secundum Jus Lubecense non petita,

in EIUS Consil. et Respons. p. 338.

ARTICULUS XII.

SENATUS LUBECENSIS Responsum über die Frage: Ob ein Testament, worinn der exheredirte nächste Erbe, mit Vermachung acht Schilling und vier Pfenninge, von allen Güthern des Testatoris nicht abgeschieden worden, zu Recht beständig sey? d. 28. Nouembr. 1663. (10)

(10) Ad literas Magistratus ciuitatis Boitzenburgensis, huius argumenti: Tit. *Denenselben können wir freundlich nicht bergen, wie daß unser gewesener Mit-Rathsfreund sel. Jürgen Klerke, aus Schottland bürtig, sich vor vielen Jahren alhie bey uns niedergelassen und, durch fleißige Bemühung der Kaufmannschaft, etliche Güter erworben; als er aber ohne Frau und Leibes-Erben gewesen, hat er ein testamentum coram Notario et testibus aufgerichtet, in welchem er uns auf gewisse Maaße zu seinen rechten und wahren Erben eingesetzet, seines Brudern Sohn, Andreas Klerke aber 200 Rthl. samt seinen Kleidern, loco donationis vermacht, hingegen aber dessen Bruder, Namens Albrecht Klerke (weil er demselben vorhin ein ansehnliches gegeben und selbiger sich dermaßen undankbar wider ihn bezeiget, ihn geschmähet und verachtet) ratione ingratitudinis exherediret, wie dann Ew. etc. solches aus dem aufgerichteten testamento, wovon wir copiam hiebey übersenden, mit mehrem unschwer ersehen werden. Wie nun Albrecht Klerke bey der publication dicti testamenti vernommen, daß er für seine Person, ob magnam ingratitudinem suam, excludiret, hat er sich unterstanden, berührtes seines sel. Vettern testamentum zu impugniren und zwar aus diesem fundamento, daß ihm, nach Einhalt Lübschen Rechten (welches alhie in etlichen Fällen observiret wird), als einem Agnaten, von diesen Güthern zum wenigsten 8 ßl. 4 pf. vermacht werden sollen und, weil dasselbe nicht geschehen, so will er das testament als unkräftig verwerfen, weswegen wir dann mit einander in litem gerathen. Nun halten wir aber dafür etc. Weil wir aber hierinnen gerne gründlich belehret seyn mögten: Ob nemlich Albrecht Klerke aus dem fundamento, daß ihm, als einem Agnaten des sel. Jürgen Klerkens, nach Einhalt Lübschen Rechts, die 8 ßl. 4 pf. nicht vermacht worden, rebus sic stantibus, seines sel. Vettern testament Rechtswegen impugniren könne und dasselbe dadurch unkräftig zu erklähren sey, oder was sonsten in diesem passu davon zu halten. Demnach ersu-*

Digitized by Google

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de poena neglectae legitimae collateralium Juris Lubecensis, *acht Schilling vier Pfenning*, A. 1663.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. III. p. 163. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. I. Spec. XVI. p. 124.

ERN. JOH. FRID. MANTZEL diss. exhibens singularia testamentorum, speciatim legitimam collateralium Juris Lubecensis, uulgo *acht Schilling und vier Pfenning*. Rost. 1739.

CAPUT I. exhibet *singularia testamentorum et heredum*, in quo differentia Juris Romani et Germanici traditur (§. 1.). Jus Lubecense sexuum differentias auxisse (§. 2.), perpetuam feminarum tutelam, Romanis etiam aliisque non plane incognitam, introduxisse (§. 3. 4.), feminasque inde ordinario more testari non posse (§. 5.) docetur et requisita testatoris (§. 6. 7. 8.) heredumque (§. 9. 10.) adducuntur. CAPUT II. sistit *Singularia rerum, testamento transmittendarum*. Obiectum eorum sunt res adquisitae, non hereditariae, si sint immobiles, in quo cum

ersuchen Ew. etc. wir hiemit freundlich, Sie wollen Dero rechtliches Bedenken uns hierüber unbeschwert großgünstiglich eröfnen und solches uns bey Zeigern, unter Dero Stadt-Insiegel, verschlossen anhero senden. Solches etc. Datum Boitzenburg den 21. Novembr. Anno 1663, ita respondit Amplissimus Senatus: Tit. *Aus E. E Ww. Schreiben vom 21. dieses, welches uns Zeiger Koltze samt dem Anschluß wohl geliefert, haben Wir ersehen, wasgestallt Dieselbe von Uns gern belehret seyn mögten: Ob ihres gewesenen geliebten Mit-Rathsfreundes, weyland Hrn.* Jürgen Klerken *Testament, welches von dessen darinn exhereditirten Bruder-Sohn, Albert Klerck, dahero impugniret würde, daß der Testator ihn, mit Vermachung 8 ßl. 4 pf., von allen seinen Gütern nicht abgeschieden hat, nach Unserm Lübschen Recht, zu Recht beständig sey? Nun ist bey Uns der Gebrauch nicht, daß Wir dergleichen Belehrungen ausgeben, sondern es stehet dasselbe den Facultäten der Juristen auf Academien zu, wie denn auch der Juristen Facultät in der benachbarten Universität zu Rostock die casus Unsers Lübischen Rechts gar wohl bekannt seyn. Dieweil aber, ob gleich solch Testament, den gemeinen Rechten nach, eine institutionem heredis in sich hat, in dem nemlich E. E. Ww. als der Rath, samt ihrer Stadt Boitzenburg, instituiret seyn, dennoch die* institutio heredis *in der Form, wie Artic. XII. de Testamentis etc. Unsers Lübischen Rechts claris verbis erfordert wird, die observance auch damit übereinkommt, daß den nächsten Erben, sie seynd einer, zwey oder mehr, die sich, wie recht, die nächsten zeugen lassen werden, 8 ßl. 4 pf. oder sonst ein ander gewisses Geld, muß gelassen werden, darinn nicht befindlich ist: So sehen E. E. Ww. wohl, daß solch Testament, nach Unserm Recht und da dasselbe in ihrer Stadt, in materia testamentorum, in Observanz ist, nicht bestehen könne. Welches Wir E. E. Ww. zu begehrter Nachricht nicht verhalten wollen, Dieselben Göttlicher Obhut damit befehlend. Gegeben den* 28. Novembr. 1663.

Digitized by Google

cum Jure Lubecenſi conſpirant Jura Saxonica et Hamburgenſia, licet in ciuitate Roſtochienſi et Pomerania diſtinctio haec non ſit in uſu (§. 1-4.). Adquiſita ex bonis hereditariis naturam rerum hereditariarum non amittunt, nec legatario bonorum hereditariorum, legati loco in teſtamento relictorum, aeſtimatio debetur (§. 3.). Cap. III. exponit *ſingularia modorum ſiue ſolennitatum*. Teſtamenta legalibus indigent ſolennitatibus (§. 1.), etiam de Jure Lubecenſi, quatenus ſunt quaſi publica (§. 2.), quae ulterius deſcribuntur qua uiros publicos (§. 3. 4.), pluraque Juris Lubecenſis ſingularia, tam circa teſtamenta, quae ſecundum Jus Romanum condere non licet, quam legata, commemorantur (§. 5. 6. 7.). Ad internam teſtamentorum ſolennitatem Jure Lubecenſi pertinet heredis inſtitutio (§. 8.) Solennia non ſunt arbitrii (§. 9.). Cap. IV. *famoſos illos aſſes et obolos* examinat. Cuius quantitatis, quae merito, quum ſit portio, collateralibus ſtatuto definita, uocatur Legitima (§. 1.), explicatis Juris Lubecenſis textibus, ratio inueſtigatur (§. 2 — 4.) ueteresque Germanos haud inconſulto numeris minus rotundis delectatos eſſe, ad conſeruandam rei memoriam (§. 5 — 8.), docetur et ulteriora de iis, ſpeciatim de aliquot obolis adiectis (§. 9.), etiam in iure, quod dicitur *Bedemundsrecht* (§. 10.), cenſu promobili (§. 11.) adferuntur. Fundamentum huius quantitatis, quae ex Jure Saxonico in Lubecenſe migrauit, nonnumquam eſt ſuperſtitio (§. 12. 13.). Qualitas monetae indagatur (§. 14.). Quantitas *der acht Schillinge vier Pfenninge* uerum eſt et exigibile debitum, creſcente pecunia auctum (§. 15. 16.); debetur, niſi maiorem teſtator ſummam ſcripſerit (§. 17.), pluribus heredibus exiſtentibus, ſingulis, ius tamen accreſcendi locum non habet (§. 18.), in quocumque loco teſtamenti ſcribi nequit. (§. 19.). Ad eamdem conſequendam pertinet condictio ex Lege, intra annum et diem inſtituenda (§. 20.). Maritus hac quantitate uxori portionem ſtatutariam teſtamento nec auferre nec minuere poteſt (§. 22.). Teſtamentum ciuis Lubecenſis, extra Lubecam dolo malo conditum, ſuper bona ſub Jure Lubecenſi ſita, non ualet (§. 23.).

GERH. HENR. LAMPRECHT diſſ. de forma heredis inſtitutionis ex Jure Germanico, praeſertim Lubecenſi, ad Statut. Lib. II. Tit. I. Art. XII. Gotting. 1760.

Breuiter ſed eleganter expoſitis, quae tam Romani, quam maiores noſtri de iure teſtamentario et heredis inſtitutione ſanciuerunt (§. 1 — 5.), Juris Romani in Germania (§. 6.), ſpeciatim in cauſis teſtamentariis

Digitized by Google

(§. 7.) et quae circa heredis inſtitutionem placuerunt (§. 8.), auctoritas uindicatur, ſaluis tamen moribus patriis et nouioribus ſtatutis (§. 9.). Inter illa eminet Jus Lubecenſe, cuius hiſtoria, quatenus teſtamenta concernit, delineatur (§. 10.), a Jure Romano maxime diuerſum (§. 11.), de cuius itaque in explicando Jure Lubecenſi, quoad inſtitutionem heredis, uſu (§. 12. 13.) diſquiritur, uariae Interpretum ſententiae afferuntur (§. 14.) eamque nihil aliud eſſe euincitur, quam Legatum neceſſarium, ex bonis adquiſitis, proximis heredibus, teſtatori ſanguinis uinculo coniunctis, et, ſi plures adſint, aeque propinqui, ſingulis relinquendum (§. 15. 16.), legitima quantitate, hoc eſt, octo ſolidis ad minimum et quatuor denariis (§. 17.), non quidem ſolenni quadam formula, ſed quibuſcunque uerbis, exprimenda (§. 18.), ut tamen proximitas legitimo modo et intra anni ſpatium a morte defuncti probetur (§. 19.). Jus detrahendi quartam Falcidiam heredi uniuerſali cum diſtinctione uindicatur (§. 20.). Legato neceſſario, in teſtamento plane omiſſo, teſtamentum nullum eſt (§. 21.) et, ſi minor quantitas legata, ad id, quod deeſt, recte agitur (§. 22.), id quod praxis fori Lubecenſis confirmat (§. 23.).

J. H. B. Erörterung der Frage: Ob der den Eltern in Römiſchen Rechten beſtimmte Pflichttheil nach Lübſchem Rechte ſtatt finde?

Exſtat in Sammlung vermiſchter Abhandlungen aus allen Theilen der Wiſſenſchaften (Suerin. 1765. 8.) P. I. Sect. II. p. 38—42. et, niſi me fallit augurium, auctorem habet JAC. HENR. BALEKE, JCtum Roſtochienſem, de iure patrio optime meritum.

FRID. ESAIAE A *PUFENDORF* obſeruatio: Quinam Jure Lubecenſi heredes in teſtamento, certa pecuniae ſumma dimittendi ſint, pretioque octo ſolidorum et quatuor denariorum non accepto, teſtamenti impugnandi ius habeant?

in EIUS Obſeruatt. Juris uniuerſi T. IV. Obſ. VI. p. 19—21.

ARTICULUS XIII.

VERORDNUNG wegen der legatorum zu Wall und Mauren, Wegen und Stegen, d. 5. Mai. 1699.

Exſtat inter ordinationes, Juri Lubecenſi adiectas, p. 128.

TIT. II.

Digitized by Google

TITULUS II.
DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO ET HEREDITATIS DIVISIONE.

VON SUCCESSIONEN UND ERBLICHEN ANFÄLLEN UND WIE DIESELBEN ZU THEILEN.

Kurzer doch gründlicher Bericht von Erbschaft, so einer ohne Testament verstirbet, aus den allgemeinen Kayserlichen, Sächsischen, Culschen und LÜBISCHEN *Rechten und Statuten gezogen, vornemlich auf die Ansehe-Städte in Pommern, Mecklenburg, Holstein, Preussen, Cur- und Liefland, auch die in andern benachbarten Königreichen, Fürstenthumen, Landen und Herrschaften belegen, gerichtet, dem einfältigen Rechtsunerfahrnen Manne zum besten, ediret und herfürgegeben, durch* EGIDIUM SCHUBEUM. Stettin 1597.

Ita libellus insignitur, in Ephemeridibus Lubecensibus, mense Januarii A. 1755, sub rubro: Aegidius Schaube *von dem Nutzen des Lübschen Rechts in den Hanseestädten*, a B. MANTZELIO, JCto olim Rostochiensi, me referente, frustra quaesitus. Fecit postea eius mentionem Vir celeberrimus et de omni re literaria praeclare meritus, JOH. CAR. CONR. OELRICHS in Entwurf einer Pommerschen Juristischen Bibliothek Sect. III. p. 24. Seruat apographum locupletissima apud nos bibliotheca Dreyeriana, in XVI. capita dispertitum, quae singula huc transscribere operae pretium non puto. Secundis autem curis reuisum esse, nos docet dedicatio, cui se subscripsit auctor EGIDIUS SCHUBBE, P. et L. N. uerbis: "Nachdem in der mindern „Zahl Neun und Achtzig ich aus meinen diariis und Zeitbüchern, darinn ich die in etlichen Hoff- Land- und Stadt-Gerichten täglich zutragende Fälle gezeichnet gehabt, das würdigste und nützlichste de hereditate ab intestato durch einen andern extrahiren und — in fast einer „abgekürzten Form zum besten und täglichen Nutz herfürgegeben und „kommen lassen, so dermassen aufgekauft, dass auch kein einiges Exemplar in zwe Jahren hero nicht mehr zu bekommen gewesen und viele „Nachfrage von Buchhändlern und andern Leuten darum geschehen, biss „nun letzlich etliche Personen mit ihren Unkosten dasselbige wiederum „auflegen und drucken zu lassen sich erbothen — als habe ich demnach „solche Materie de hereditate ab intestato wiederum vor die Hand ge-

„nommen

„nommen und nicht allein dieſelbe etwas ordentlicher, ſondern zugleich „mit den differentiis Sächſiſcher, Culmiſcher und Lübiſcher Rechte „und Statuten ausführlich darſtellen und es auf die Anſee-Städte in Pommern, Mecklenburg, Holſtein, Preuſsen, Cur- und Liefland, darinn „ſolche Rechte und Statuta iedoch unterſchiedlich gebraucht und in täglicher Anmerkung gehalten werden, richten wollen." In quaeſtione: unde recipienda ſit interpretatio Juris Lubecenſis et Culmenſis, ſi litera ſtatuti deficiat quoad poſterius primum ad Jus Weichbildicum, tum ad Jus prouinciale Saxonicum et denique ad Jus commune Caeſareum, ALS DEN BRUNNQUELL UND VATER ALLER VORBENANNTEN RECHTE, recurrendum eſſe, opinatur auctor, quoad prius autem rem eloquitur praefatio uerbis: "Ob auch wohl dieſs vom Lübiſchen „ebener und gleichermaſsen alſo könnte geredt, daſſelbige angezogen, „verſtanden und die Meynung gehalten werden, denn es in vielen Stücken mit dem Keyſerlichen ſich zweyet und mit dem Sächſiſchen einigt, „ſo wird doch faſt in allen Orten, da das Lübiſche Recht oder Statuta „in quotidiana obſeruantia gehalten werden, wenn ein Fall im Lübiſchen ausdrücklich nicht geſetzt, immediate zum Keyſerlichen Rechten, ſo in der höheſten Vernunft gegründet, geſchritten und geurtheilet." Miſellus ceteroquin ſcriptor et qui ultra Gloſſatores non ſapit.

ERNESTI COTHMANN Reſponſum de ordine ſucceſſionis Lubecenſis, item de iure ſegregatorum,

Exſtat in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. illuſtr. Cent. I. p. 13-15,

EIUSDEM Reſponſum de ſucceſſione Lubecenſi utraque,

IBIDEM p. 15—17.

LAUR. KIRCHHOF Reſponſum de Statutis Lubecenſis ciuitatis, in ſucceſſionibus obſeruandis,

IBIDEM p. 1—15.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de ſucceſſione in bona eius, qui talia ſub Jure Lubecenſi et communi habebat, A. 1597.

IBIDEM Cent. I. p. 10. Cent. III. p. 174. Cent. V. p. 256.

WILHELMI LUDWELL diſſ. de Succeſſione Lubecenſium, ſiue Juris Lubecenſis cum ciuili et canonico collatione circa ſucceſſionis, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, materiam. Alt. 1660.

HEN-

Digitized by Google

HENRICI COCCEII diſcurſus iuridico-practicus ad Tit. II. Lib. II. Juris Lubecenſis de ſucceſſionibus ab inteſtato et hereditatis diuiſione, Reſpondente Johanne Köhn, *Lubecenſi.* Heidelb. 1684. 1706.

Elegantiſſimus libellus academicus, in quo ex inſtituto et pro argumenti dignitate omnem communionis bonorum et ſeparationis liberorum materiam docte expoſuit Auctor, magni acuminis JCtus. Cap. I. rubricam explicat, Cap. II. agit de ſtatutaria bonorum communione in genere eiuſque diuiſione, Cap. III. de prima ſpecie communionis bonorum ſtatutariae, quae eſt inter Coniuges, eiuſque origine, cauſis et effectu, Cap. IV. quando ſocietas bonorum coniugalis incipiat, Cap. V. quibus modis ſocietas haec bonorum coniugalis tollatur, ubi de diuiſione, aſſignatione et ſeparatione ſtatutaria, Cap. VI. de ſecunda ſpecie communionis bonorum ſtatutariae, quae eſt inter Liberos, Cap. VII. de ordinibus ſucceſſionum ipſaque ſucceſſione ex capite cognationis et proximitatis probatione, Cap. VIII. de ſucceſſione inter Coniuges, ubi de continuatione communionis et portione ſtatutaria, Cap. IX. de ſucceſſione Fiſci.

JOHANNIS AMSEL diſp. con- et diſconuenientiam Juris ciuilis ac Lubecenſis circa hereditatem, quae ab inteſtato defertur, exhibens. Regiom. 1701.

Caput I. praeliminaria quaedam ad totam materiam ab inteſtato tractat; Cap. II. exhibet conuenientiam et differentiam Juris Ciuilis et Lubecenſis in ſucceſſione ab inteſtato et quidem lineae descendentium; Cap. III. conuenientias et differentias Juris Ciuilis et Lubecenſis circa ſucceſſionem adscendentium ſiſtit; Cap. IV. conuenientiae et diſconuenientiae Juris Ciuilis et Lubecenſis circa ſucceſſionem collateralium ab inteſtato proponuntur.

JOH. GOTTLIEB BECKER kurzer doch gründlicher Unterricht von der computatione graduum und ſucceſſione ab inteſtato, darinnen gewieſen, wie es mit Erforſchung der Glieder und der Succeſſion, ſowohl nach den Kaiſerlichen, als Sächſiſchen und Lehn-Rechten gehalten werde, welchem nunmehro die Erbfolge nach dem Preußiſchen, LÜBISCHEN, Culmiſchen und dem adelichen Land-Rechte, wie auch ſonſt verſchiedenes zu dieſer Sache dienliches beygefüget worden, von Daniel Gralath. Danzig 1728.

Digitized by Google

JOACH. HENR. SIBRAND Obſeruatio de femina, ſub Jure Lubecenſi pacta dotalia ineunte, ſine curatore,

Exſtat in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. illuſtr. Cent. V. pag. 283.

JAC. HENR. BALEKE diſſ. de pactis coniugum ſucceſſoriis, maxime ſecundum iura Roſtochienſia. Roſt. 743.

Succincte ſed adcurate hoc argumentum perſequutus eſt Auctor, primum daturus diſſonantis Jurisprudentiae Lubecenſis et Roſtochienſis ſpecimen (§. 1.). Pacta ſucceſſoria, apud Romanos, ſpeciatim inter coniuges prohibita (§. 2. 3.), Jure Germanico ſuſtinentur (§. 4.), ex rationibus patriis explicanda (§. 5.), tam ante quam poſt nuptias conficiuntur (§. 6.), abſque ulla ſolennitate (§. 7.), ualent etiam Jure Lubecenſi (§. 8.), modo ineantur de bonis adquiſitis (§. 9.) et hereditariis mobilibus (§. 10), accedente, ex parte uxoris, curatore, non marito, ſed extraneo (§. 11.), et proximis cognatis legitima octo ſolidorum et quatuor obolorum, uulgo *Acht Schillinge und Vier Pfenninge*, relinquantur (§. 12.). Ut iudicialiter conficiantur, opus non eſt (§. 13.), in caſu tamen pacti ſucceſſorii haud reciproci, ratione uxoris, neceſſe eſt, ut conſentiant cognati (§. 14.). Jus Lubecenſe, etiam reuiſum, ualet in ciuitate Roſtochienſi et fundatam habet intentionem, qui in quaeſtionibus de pacto ſucceſſorio ad requiſita Juris Lubecenſis prouocat, non uſum alleganti incumbit probatio (§. 15. 16.). Diſſentit tamen praxis Roſtochienſis a Jure Lubecenſi, in diſcrimine bonorum hereditariorum et adquiſitorum, e foro Roſtochienſi exſulante (§. 17.), quod, teſtimoniis Jureconſultorum extraneorum (§. 18.), conſenſu Doctorum patriorum (§. 19.), conſuetudine contradicto iudicio firmata (§. 20.), teſtimonio Senatus Roſtochienſis (§. 21.), non ſequuta promulgatione proiecti Camerariani (§. 22.), Manuſcripto quodam Archiui Roſtochienſis (§. 23.), ſilentio fori antiquo (§. 24.), probatur et argumenta, in contrarium abeuntia, excutiuntur (§. 25. 26.). Jure Roſtochienſi ſicuti curatorem, quo Jure Lubecenſi in ultimis quoque uoluntatibus, feminae gaudere debent, adhibere, neceſſe non eſt (§. 27.), ita nec legitima quantitas, Jure Lubecenſi praeſcripta, cognatis relinquenda eſt (§. 28. 29.). Juris Lubecenſis diſpoſitio, ut teſtamenta intra menſem in iudicio producantur, ad pacta ſucceſſoria extendenda non uidetur, quod Jure Roſtochienſi ſecus et extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, ita tamen ut, ex benigna legis interpretatione, ſufficiat, ſi coram Judice inferiore producantur (§. 30.)

AU-

Digitized by Google

AUGUSTINI DE *BALTHASAR* diff. de fucceffione ab inteftato ex Jure Lubecenfi. Roft. 1758.

Cumulatiffime argumento fuo fatisfecit eximius Auctor, Vir non muneribus magis quam doctrina et uirtute uenerabilis, opere hoc, multifariae lectionis et eruditionis pleniffimo, quod ipfi in duo capita difpertiri uifum fuit, quorum primum, fupra iam laudatum, fiftit praeliminaria, feu narrationem de hiftoria Juris Lubecenfis antiqui, recentioris, nouiffimi, eiufque fontibus, interpretatione, receptione, auctoritate et commentatoribus. Cap. II. fpecialia tractat et prima quidem Sectione fucceffionem ab inteftato ordinariam, feu naturalem, hoc eft, ordinem fuccedendi defcendentium (pag. 32 — 59.), adfcendentium (p. 59—63.) et collateralium (p. 64 — 72.), secunda autem fucceffionem ab inteftato extraordinariam feu ftatutariam, quae eft inter coniuges (p. 72 — 76.), fpeciatim mariti in bona uxoris (p. 76 — 84.) et uxoris in bona mariti (p. 84 — 90.) exponit, quo etiam pertinet, eo cafu, quando defunctus neque liberos, neque cognatos, nec etiam coniuges reliquit, fucceffio, certis collegiis, ui priuilegii Juris ciuilis competens, Jure quidem Lubecenfi ignota, fed ex iure communi fupplenda (p. 90. 91.), et iis quoque deficientibus, fifci (p. 92 — 94.). Accedit in fine tabula successionis, tum generalis ex Jure Lubecenfi, tam ex pacto, quam ex teftamento, et ab inteftato, tum specialis, locum et ordinem cuilibet fuccedentium ab inteftato, fecundum Jus Lubecenfe competentem, exhibens.

(JOHANNIS KLEFEKER) Vergleichung der Hamburgifchen Erbfolge mit der Lübeckifchen,

Exftat in Sammlung der Hamburg. Gefetze und Verfaffungen P. IV. p. 561 — 569.

HERMAN. GEORG. KROHN Abhandlung von dem Vorrechte der vollen Gebuhrt vor der halben in Erbfchaftsfällen, mit den dabey gemachten Einwürfen in drey Theile vertheilet. Leipzig und Lübeck 1748.

Operis huius, multo ftudio confcripti, *prima* pars, Lubecae A. 1746. prima uice edita, exhibet: Verfuch die Lehre von dem Vorrechte der vollen Gebuhrt vor der halben in Erbfchaftsfällen, nach den in Teutfchland üblichen Rechten und Statuten, aus zulänglichen Gründen in Richtigkeit zu bringen; *fecunda* continetur: Widerlegung des Verfuchs etc.

M 2 dein-

deinceps sub titulo: Abhandlung von dem Rechte der vollen und halben Gebuhrt, nach den natürlichen, Römischen, Deutschen und besonders Lübischen Rechten, zu einer Prüfung des zu Lübeck herausgekommenen Versuchs etc. auctore JOH. CHRIST. BACMEISTER, in supremo Magnae Britanniae Regis Appellationum Tribunali quomdam Consiliario, obseruationibus passim aucta, Hanouerae 1748. in lucem emissa; *tertia* pars habet: Weitere Ausführung des Versuchs — samt dessen Bestärkung wider die vermeyntliche Widerlegung desselben. Quibus omnibus deinde accessit: Anhang zur Abhandlung von dem Vorrechte der vollen Gebuhrt vor der halben in Erbschaftsfällen, nebst einem von der löbl. Juristen-Facultät zu Frankfurt an der Oder darunter gefällten Urthel. *Lübeck* 1749. Ansam his scriptis, quibus proposita doctrina mirifice illustratur, dedit quaestio: An defunctae Patruus bilateralis potius ius habeat, capiendi hereditatem, quam matertera unilateralis? Affirmat auctor des Versuchs, ob duplicitatem uinculi, negat auctor der Widerlegung, quod unus sit idemque gradus cognationis et per consequens aequale ius succedendi. Pro affirmante iudicauit AMPL. SENATUS LUBECENSIS, actis ad JCtos Viadrinos transmissis, d. 6. Sept. 1749, causa uero ad summum Imperii tribunal delata, augustissimum Camerae Judicium d. 22. Maii 1756. sententiam dixit: Dass Appellaten die quaest. Erbschaft zur Halbscheid, samt den erhobenen Nutzungen, an Appellanten herauszugeben schuldig. Totam huius contentionis historiam, interspersis, ut solet, eruditis obseruationibus, breuiter et neruose exhibet S. V. DREYERUS in Einleitung zur Kenntniss Lübeckischer Verordnungen p. 319. sqq.

FRID. ESAIAE* A *PUFENDORF obseruatio de duplicitate uinculi in successione collateralium, ex Jure Romano, Germanico, sigillatim Lubecensi,

in EIUS Obseruat. Juris uniuersi T. II. Obs. CXCII. et CXCIII. p. 587—604.

JOH. ULR. L. B.* DE *CRAMER *disquisitio: Ob und in wie weit nach Lübeckischen Rechten die volle Gebuhrt vor der halben ein Vorrecht bey der Erbfolge habe?*

in EIUS Wetzlarischen Nebenstunden P. VI. p. 84—142.

RE-

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de collisione Auunculi cum liberis sororum unilateralium in successione ab intestato, de Jure Lubecensi et Rostochiensi, A. 1746.

Exstat in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. III. p. 117—126.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de concursu fratrum sororumue unilateralium cum eiusmodi gradus relictis liberis, secundum Ius Lubecense, A. 1736.

IBIDEM Cent. III. p. 151. et Selectt. Jurid. Rostoch. Fasc. III. Spec. XVI. p. 123 —126.

ARTICULUS I.

SENATUS LUBECENSIS Attestatum, daß volle Brüder- und Schwester-Kinder, wenn deren Eltern insgesamt verstorben, ihrer Eltern Brüdern und Schwestern in capita succediren, d. 17. Mai. 1693 (11).

SENATUS LUBECENSIS Attestatum, daß das ius repraesentationis überhaupt und in successione collateralium zu Lübeck angenommen und kraft dessen die Brüder-Kinder cum fratribus germanis zur Erbschaft des vollbürtigen Bruders oder Schwester beständig zugelassen

(11) His concipitur uerbis: *Wir Bürgermeister und Rath der Kaiserl. freyen Reichs-Stadt Lübeck urkunden in Kraft dieses, wasgestallt Uns Johann Jacob Budde, Bürger hieselbst und Consorten supplicando zu vernehmen gegeben, wie daß Magdalena Blunken ohnlängst zu Collberg in Pommern, mit Hinterlassung dreyzehn deroselben voller Brüder- und Schwester-Kinder, deren Aeltern nicht mehr im Leben, verstorben. Wann nun Supplicantes eines glaubhaften Attestati, wie es, bey solchen Fällen, in hiesigen Gerichten, ratione successionis, gehalten werde, benötiget und Uns um Ertheilung desselben bittlich ersuchet, Wir auch ihnen darunter nicht entseyn mögen: Als attestiren hiemit, daß es bißhero allemal hieselbst also gehalten, daß volle Brüder- und Schwester-Kinder, wenn deren Aeltern insgesamt verstorben, ihrer Aeltern Brüdern und Schwestern, nach Einhalt der Reichsconstitution, in capita succediret und solchergestallt zu der Erbtheilung gelassen sind. Urkundlich Unsers hierunter gedruckten Stadt-Signets. So geschehen* Lübeck d. 17. Mai. 1693.

lassen worden, auch ihrer verstorbenen vollbürtigen Eltern halbbürtige Brüder und Schwestern ausgeschlossen haben, d. 4. Mart. 1758.

Exstat in B. HENRICI BROKES Select. Obsernat. Forens. Obs. DXX. p. 543. et in (ILL. KLEFEKERI) Sammlung der Hamburg. Gesetze und Verfassungen P. IV. p. 538.

SENATUS LUBECENSIS Attestatum, daß auch andere Personen, welche in dem Artic. I. Lib. II. Tit. II. Juris Lubecensis wörtlich nicht enthalten, der Erbschaft fähig erklähret worden, d. 12. Januar. 1759 ([12]).

JOH ZACH. HARTMANN diss. de Jure Saxonico et Lubecensi, Ducatu Holsatiae iuxta et ciuitate Lubecensi, qua repraesentationem in successione collateralium, exulantibus, Respondente PHILIPPO CASPARE LAMPRECHT, *Lubecensi.* Kil. 1736.

Hw. uns bey Zeiger, ob Deroselben Bürger, wann von E. E. Hw. ihnen jherlichs das ordinari Schoß angekündiget, oder auch sonsten, nach fürfallender derselben Stadt-Gelegenheit, mit Deroselben Bürgerschaft eine extraordinari Collecte, es sey ganz, oder halbe hunderste, oder weniger Pfenninge von allen beweglichen und unbeweglichen Guthern eingewilliget wird, von ihren in den benachbarten Fürstenthumen liegenden Lehn-Land- oder andern unbeweglichen Allodial-Güthern den ganzen oder halben hundersten, weniger oder mehr Pfenninge, geben müssen und welchermaßen der Taxt so wohl über solche ordinari Schoß, als extraordinari Steuren und Collecten, gemachet werde, ob sie, wegen eines gewissen Taxt, mit E. E. Hw. sich vereinigen, oder ob deren Bürger denselben bey sich selbst machen und, vermittelst Eides, das Schoß und andere extraordinari Collecten davon geben, neben der Form des Eides, so E. E. Hw. Bürger dießfalls leisten müssen, schriftlich zu vermelden, oder, da auch desfalls zwischen E. E. Hw. und Deroselben Bürgern gewisse Verträge aufgerichtet und gemachet worden, uns von denselben glaubwürdige Abschrift mitzutheilen, unbeschweret seyn wolten. Daran thun E. E. Hw. uns einen sonderlichen Gefallen und Dienst und seindt wir es um E. E. Hw. hinwieder zu verdienen geflissen. Datum Rostock unter unser Stadt Insiegell den 28. Novembr. Anno Chr. 1591, ita respondit AMPLISSIMUS SENATUS LUBECENSIS; Tit. *E. E. Ww. Schreiben, darinnen Sie von Uns Berichts erfoddern, wie es albie bey Unser Bürgerschaft in Erlegung der ordinari- und extraordinari Zulagen in Land- und Lehn-Güthern gehalten werde, ist Uns zu Handen gebracht, Inhalts vermerket. Wann Wir Uns dann erinnern, daß Ao. 92. hiebevor auch jemanden E. E. Ww. Mittels-Person um gleichen Bericht albier angehalten und Wir Uns der Zeit auf Unßer Lübsch Statut schlechts bezogen und referiret, daß damit keiner Unserer Bürger, er habe seine Güter in- oder außerhalb der Landwehre, auch in fremden Fürstenthumb belegen, in Erlegung der ordinair- und extraordinair Hülpf an Türkensteur, hundertsten Pfenning und andern verschonet werden magk, besondern gleich andern Unsern Bürgern von Gütern in der Stadt, die Gebühr erlegen müssen; als denn Wir Uns nochmalen auf solch Unßer Statutum berufen und werden E. E. Ww. des Radts und Bürgerschaft Gelegenheit, welche Uns unbewust, ohne Unsere Erinnerung deßfals in Acht zu halten wissen, welches Wir denenselben also nachbarlich nicht wollen verhalten, seint denenselben zur angenehmen Freundschaft jederzeit geneigt.* Datum sub Signeto 12. Decembr. Ao. 96.

TANTUM.

IMPRIMEBAT GEORGIUS CHRISTIANUS GREEN
MAGNIFICI SENATUS TYPOGRAPHUS.

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE
JVRIS LVBECENSIS
SPECIMEN TERTIVM

AD

VIRVM MAGNIFICVM

JOHANNEM KLEFEKERVM

J. V. L.

REIPVBLICAE HAMBVRGENSIS PROTOSYNDICVM

DE PATRIA SVA PER QVINQVAGINTA ANNOS

IMMORTALITER MERITVM

COMPLECTENS

NOTITIAM SCRIPTORVM AD LIBRVM TERTIVM
ET QVARTVM IVRIS LVBECENSIS
SVBIVNCTIS VBIQVE NOVIORIBVS CONSTITVTIONIBVS DECRETIS
ET RESPONSIS JVS LVBECENSE VEL DECLARANTIBVS
VEL ILLVSTRANTIBVS.

LVBECAE
APVD PETRVM ANDREAM BOECKMANN.
MDCCLXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Voluitur, ecce, TVOS ad vultus debile munus,
MAGNE VIR, ex puro pectore digne coli,
Seu validas vires in publica commoda, seu quis
Ingenii spectet mite nitensque iubar!
SANCTE SENEX, CAESAR quem faustum absoluere fiuit
REXque, bono patriae, DANVS et ANGLVS opus!
TE celebrant Curae, pandentes strata locorum,
TE patrii Codex Iuris, ab arte nouus,
Qui nostro veluti decus adfert saepe libello,
Sic patrocinii spem dat habere TVI.

Quis TIBI tam praecox unquam queat aemulus esse,
Fataque praecocium scribere, paene puer?
Quis tanto natu TVVS hinc queat aemulus idem
Eruere Hamburgi tot monumenta TVI?
Totue quis egregie factis distinguere vitam,
Vt meritis, dubitent, maior an arte cluas?

Insolitum insolito nemo miretur honore
TE placidum Numen condeçorare SENEM.
Lustra decem potius voueamus MVNERIS ACTI
CONIVGII vt decorent altera lustra decem,
Gaudia MAGNANIMVM ut decorent et vita salusque,
Qui queat ad finem ducere coepta, VIRVM!


Digitized by Google

FILIVS haeredem TANTI quem PATRIS amamus,
Dum vel mente aliquid vel ratione ſumus,
Qui, quantum ſtudio ſibi conciliauit et arte,
Tantum dat, vera et recta tuendo, decus,
Ille igitur longum ſoſpes quoque, ſoſpite PATRE,
Viuat et AMBORVM nomen ad aſtra vehat!
Detur EI incolumi, quoniam virtute patriſſat,
Annis, ceu meritis, aequiparare PATREM!

Denique conſtanti PATER IPSE ſalute fruatur,
Dum non viuorum taedet ineſſe choro,
Pectore dum vegeto Sibi credita quaeque gubernat
Neſcit et angores IPSEVE resue ſenis!
Albis ut illuſtri lucra nauiger aduehit Vrbi,
Dum rem conſilio dirigit ILLE Suo,
Rebus ita optatis ac largiter affluat, uſque
Tam carus Patriae, quam Patria ipſa VIRO eſt,
Vſque celebranda tam commendabilis arte,
Quam commendata eſt mens pietate DEO!

LVBECAE IPSO DIE JVBILAEO VI. IVL.
CIↃIↃCCLXXV.

Digitized by Google



Cap. VI.
DE SCRIPTORIBUS AD LIBRUM TERTIUM JURIS LUBECENSIS.

Titulus I.
DE MUTUO ET CONCURSU CREDITORUM EORUMQUE PRIVILEGIIS;
VON GELEHNTEM GELDE, VORZUG DER CREDITOREN UND DERSELBEN FREYHEIT.

VERORDNUNG wider die wucherlichen Contracte, insbesondere den Monden- und Wochen Wucher, A. 1620.

Exstat in Joh. Marquardi, Consulis Lubecensis immortalis memoriae, aeterno opere de Jure Mercatorum et commerciorum Part. I. Lib. IV. Cap. IV. p. 500.

MANDAT wider das Würfel- und Charten Spielen, insbesondere daß die daraus herrührende Verschreibungen in den hiesigen Gerichten als ungültig angesehen und zu keiner Execution gebracht werden sollen, d. 24. Decembr. 1720. (¹)

(¹) Art. III. *Wie denn auch E. Hochw. Rath in Kraft dieses* et in vim legis pragmaticae *constituiret und verordnet haben will, daß hinführo alle und jede, aus solchen gewinnsüchtigen Spielen herrührende Verschreibungen, es seyn Obligationes, Assignationes, Wechsel, oder andere dergleichen, sie haben Namen wie sie wollen, als ohnedem in Rechten ungültige, von keiner Kraft und Würde seyn, auch in hiesigen Gerichten also angesehen und zu keiner Execution gebracht werden, sondern vermöge dieser Constitution ipso facto cassiret und aufgehoben seyn sollen.* Renouatum hoc est per Constitutionem nouissimam *wider die unzulässigen insonderheit Hazardspiele* d. 11. Nouembr. 1767.

(*JOHANNIS KLEFEKER*) *Anmerkungen von dem Deutschen, besonders Lübeckischen und Hamburgischen Leihen und Entlehnen*, MUTUUM *genannt, Vergleichung desselben mit dem Römischen, dem* mutuo gratuito *und den Münzgattungen* (²) *bey Hamburgischen Belegungen der Gelder und der Erbzinsen*,

in Sammlung der Hamburg. Gesetze und Verfassungen P. IV. p. 620-638.

HAN.

(²) LUBECAE in diiudicanda sortis, sub hypotheca publica constitutae, qualitate, Annus 1652 definitus est pro norma, ita ut pecunia, ante credita, maioris formae moneta, *grobe Reichs-Münze*, seu veri Imperii thaleri, *Species Reichsthaler*, postea soluta, minoris moduli fuisse intelligatur, ita quidem, ut priori casu debitor, solutionem in hoc monetae genere forsan detrectaturus, aliud pecuniae genus, posteriori autem Creditor probare debeat, veros Imperii thaleros solutos esse. Rem illustrant sequentia AMPL. SENATUS decreta: I) *Auf Suppliciren Thomas Hinrich von Wickede, daß ihm unterschiedliche Capitalia loßgekündiget worden, welche die Debitores mit Dänischen Kronen wolten bezalen und ihm dieselbige andringen, hat Ein Hochw. Rath decretiret: daß die Capitalia, so in Häusern beleget seyn, mit grober Reichsmünze, den Reichsthaler zu drey Mark gerechnet, bezalet werden sollen, es wäre denn, daß der Debitor beweisen könnte, daß ihm das Capital an neuen Dänischen Kronen, oder andern Münzsorten, im Hause gethan wäre, alsdann ist der Creditor das Capital an dergleichen Gelde wieder anzunehmen gehalten.* Ita decretum in Senatu d. 24. Octobr. Ao. 1668. II.) *Auf eingekommene Supplication sel. Hrn. Vice-Kanzler von Höveln nachgelassener Erben und unmündigen Kinder Vormünder, wider Berend Schmidt, hat E. Hochw. Rath decretiret, daß, weil die* 1000 *Mk. quaest. erst nach* 1652 *in das Haus beleget worden, zu welcher Zeit schon viele Capitalien nicht in Species-Reichsthalern, sondern an Dänischen Kronen und Current-Gelde in Häusern beleget worden, so müssen Supplicantes beweisen, daß diese* 1000 *Mk. quaest. so der Zeit in des Supplicati Hauß beleget worden, Species-Reichsthaler gewesen seyn, oder sie müssen sich mit Courant-Münze contentiren lassen.* Ita decretum in Senatu den 12. Januar. 1672. III.) *Auf eingekommene Supplication der sämtlichen Hövelschen Erben und respective unmündigen Vormünder, wider Berend Schmidt, hat E. Hochw. Rath decretiret und die decreta vom* 24 *Octobr. Ao.* 1668. *und* 12. *Januar. Ao.* 1672. *solchergestalt conciliiret und declariret, daß, was diejenigen Gelder betrift, welche vor An.* 1652 *in Häusern beleget seyn, der debitor, da er dieselben mit keinen Species-Reichsthalern bezalen will, zu beweisen schuldig seyn soll, daß keine Species-Reichsthaler, sondern Dänische Kronen, oder ander Courant-Geld, bey der Belegung ausgezalet seyn, was aber diejenigen anlanget, welche nach An.* 1652 *beleget seyn, der Creditor, da er Species-Reichsthaler haben will, zu beweisen schuldig seyn solle, daß Species-Reichsthaler und keine Kronen, oder Courant-Münze, bey der Belegung ausgezalet seyn.* Ita decretum in Senatu d. 9. Mart. Ao. 1672. IV) *Auf Suppliciren Catharinen, sel. Hans Hüppers nachgelassener Witwe, wider Hinrich Bengelstorf, hat E. Hochw. Rath decretiret, daß weil die Gelder quaestionis* in Ao. 1652 *bestätiget, selbige als Species-Reichsthaler zu achten und von Supplicaten mit Speciebus itzo vergnüget werden müssen.* Ita Decretum in Senatu

Digitized by Google

HANSESTÄDTISCHES MANDAT wider die muthwilligen Falliten und Banquerottirer, d. 30. April 1620.

Apud MARQUARDUM l. c. Part. II. pag. 712, MEVIUM in calce Commentarii ad Jus Lubecense, editionis Francofurtanae A. 1744, p. 11, ILL. JOH. PET. WILLEBRANDT in Hansischer Chronik P. III. p. 179, itemque in Sammlung verschiedener Verordnungen, welche in Handlungs- Schiffarths. und Policey-Sachen der Kaiserl. freyen Reichs-Stadt BREMEN ausgegangen, p. 215.

VERORDNUNG von den austretenden Debitoren und Falliten, auch von Concurs-Sachen, d. 19. Februar. 1668.

in (CHRIST. DE NETTELBLA) Greinir P. II. p. 199. (3)

VER-

natu d. 19. April. 1695. Elegans est *de valore antiquae monetae, sub hypotheca bonorum creditae*, obseruatio B. HENR. BROKES, *Select. Obseruat. Forens.* p. 494-496. quam, quia egregie ad hanc rem facit, multo cum fructu conferas.

(3) Qui liber quum non sit in manibus omnium, non ab re erit, ipsam constitutionem huc transscribere: *Demnach die Erfahrung leider bezeuget, daß bey Austreten der Debitoren und Falliten, allerhand Unrichtigkeit und Mißbräuche, sowohl ante Concursum als tempore Concursus sich eräugen, dadurch sowohl das Publicum als die Creditores insgemein, bey diesen ohnedas sorgsamen und beschwerlichen Zeiten in großen Nachtheil und Schaden gerathen: So hat E. E. Rath, aus Väterlicher Vorsorge, nach reifer Erwägung, dahin einhällig geschlossen und verordnet: Wenn ein Bürger dieser Stadt in Schulden vertiefet, notorie latitiret, insolvent und flüchtig geworden, daß die pro tempore verordneten Herren des Gerichts, sobald sie solches erfahren und ihnen wird kund gethan werden, innerhalb drey Tagen, alle des Debitoris Güther, Bücher und was vorhanden, ex officio versiegeln und Jemand, solche zu verwahren, ins Hauß setzen, folgends den entwichenen flüchtigen Schuldener, durch Affigirung eines Mandati arrestatorii, per publicum Proclama, innerhalb vier Wochen sich wieder einzustellen, citiren und, woferne er aussenbleibet, latitiret oder die Creditores selbst nicht inzwischen um den General-Arrest gebührend anhalten, noch sich mit dem Debitore vergleichen, dessen Güther, Bücher und was sonsten vorhanden, durch den Actuarium inventiren, darauf von den am meisten dabey interessirenden Creditoren oder ex officio, durch dazu verordnete und gesessene Leute, für ein ziemliches Salarium, die Curatelschaft auf sich nehmen, denen die Creditores, auf denen das Looß fallen wird, oder die dazu erwählet werden mögten, zur guten Aufsicht können beytreten, daß sie abwechselungsweise solches verrichten und alsdann, was verderblich, verkaufen, die Gelder, zu der sämtlichen Creditorum Besten, aufheben und an einen sichern Ort deponiren und daneben allen sowohl hiesigen als fremden Creditoren, per publicum Proclama, solch falliment notificiren, damit dieselbige, vermöge Stadt-Rechtens, innerhalb Jahr und Tag, so zeitig als einem Jeden immer möglich seyn wird, ihre Forderung judicialiter angeben und justificiren, damit alsdann Jahr und Tag nicht allein unerkannt, sondern auch in puncto priori-*

VERORDNUNG daß alle Concurs Gelder auf der Gerichtsstube biß zur Prioritets-Urthel aufgehoben werden sollen, d. 14. Febr. 1691. (*)

VERORDNUNG wider die muthwilligen Banqueroutirer, auch diejenigen, welche das in Bewahrung habende Stadtgeld verkürzen, d. 31. Januar. 1744.

VERORDNUNG wegen des Salarii der Curatorum bonorum in Concurs-Sachen, d. 31. Mart. 1753.

Exstat in E. HOCHW. RATHS der Kaiserl. freyen Reichs-Stadt LÜBECK Gemeinen Bescheiden A. 1756. p. 69.

LÜBECK- und HAMBURGISCHE VERORDNUNG wider die muthwilligen Banquerontirer im Amte und Städtgen Bergedorf, d. $\frac{1}{1}\frac{1}{1}$. Mart. 1775.

VERORDNUNG die Abstellung einiger bey den Concursprocessen eingerissenen Unordnungen, insbesondere die von den Curatoribus bonorum super prioritate erregten disputes betreffend, d. 6. Februar. 1756.

In Gemeinen Bescheiden p. 70.

SENA-

prioritatis desto eher gesprochen werden könne und soll auch sonst wider des ausgetretenen Debitoris Person, nach Beliebung der Hansee-Städte, verfahren werden. Es soll aber hiebey in gute Obacht genommen werden, daß die hochgefährlichen und schädlichen, bißhero zuweilen geschehenen protestationes de diligentia im Nieder-Gerichte, um nach verflossenem Jahr und Tage noch wollen gehört zu werden, hinführo gänzlich abgeschaffet und, wann es ad appellationis instantiam kommen sollte, die vielfältigen dilationes alsdenn, so viel immer thunlich, präscindiret und abgeschnitten und in solchen Arrest- und Concurs-Sachen von einer Juridica zur andern gerichtlich verfahren werden, damit die Urthel in Appellationis instantia maturiret und publiciret und, nach unerkanntem Jahr und Tage, so bald möglich seyn kann, in puncto prioritatis im Nieder-Gerichte erkannt und ein Jeder zu demjenigen, wozu er berechtiget, unverlängt verholfen werden möge. Wornach etc. Publicatum d. 19. Febr. 1668.

(*) Huius tenoris: *Auf eingeloffene viele Klagen, daß die Concursgelder an der Gerichtsstube von den curatoribus bonorum, zum merklichen Präjuditz der übrigen Creditorum, privatim beybehalten werden, hat E. Hochw. Rath decretiret, daß alle Concursgelder, ohne einiges Ansehen der Personen, nach dem Gerichte sollen geliefert und daselbst verwahrlich zu jedermanns Recht beybehalten werden, biß die Prioritätsurthel publiciret sey.* Ita decretum in Senatu d. 14. Decembr. 1691.

Digitized by Google

SENATUS LUBECENSIS Atteſtatum, wie es in Concursfällen mit Commiſſionsgüthern und deren Auslieferung gehalten werde, d. 20. Octobr. 1763. (⁵)

PET. HENR. CARSTENS commentatio de jure compenſationis in concurſu creditorum ſecundum Jus Lubecenſe et Hamburgenſe. Hamb. 1768.

In tanto Doctorum diſſenſu haud infelicem operam praeſtitit dexterrimus Auctor, dum principia quaedam, decidendis caſibus haud raro obuenientibus inſeruientia, ſtabiliuit. Quid ſit ius compenſationis et retentionis et, quo modo inter ſe uel differant uel conueniant, (§. 1. 2.) docetur. Jus retentionis ob quamuis iuſtam et probabilem cauſam locum habet, requiritur tamen poſſeſſio rei, non vitioſa (§. 3. 4.). Jus compenſationis et retentionis ceſſat in re depoſita, cuius exercitium, ad promouendum commercium, quam maxime utile et neceſſarium eſt in concurſu creditorum (§. 5. 6.), quo exiſtente, omnes obligationes, quae coniunctae erant cum bonis hominis, qui menſam euertit, tranſeunt in creditores (§. 7.). Is, qui rem debitoris cum vitio poſſidet, in petitione ſua, iuſto licet titulo nixa, iure retentionis et compenſationis uti non poteſt (§. 8.). Jure Hamburgenſi in concurſu creditorum ius retentionis in re depoſita locum habet, nec analogiae Juris Romani hoc repugnat (§. 9. 10.). Ad obtinendum ius compenſationis et retentionis neceſſe eſt, ut debitum et creditum reciprocum exſtiterit ante concurſum (§. 11.). Jus retinendi Jure Lubecenſi circa rem, quae dicitur *ein handhabendes Pfand* (§. 12. 13.), Jure Hamburgenſi quoque circa rem mobilem competit creditori poſſidenti, etiamſi antehac illa pignori fuerit alii creditori (§. 14.), idem

(⁵) Quod ita ſonat: *Wir Bürgermeiſtere und Rath der Kaiſerlichen und des heil. Römiſchen Reichs freyen Stadt Lübeck bezeugen hiemit: Demnach bey Uns um Ertheilung eines Atteſtati, wie es in Concurs-Fällen mit Commiſſions-Gütern und deren Auslieferung hieſelbſt in praxi gehalten werde? geziemend angeſuchet worden: Als urkunden und bezeugen wir, zur Steuer der Wahrheit, durch gegenwärtigen Atteſt-Brief, daß, bey entſtandenen Concurſen, die Commiſſions-Güter, in ſo ferne ſolche erweißlich ganz oder zum Theil annoch in natura vorhanden, hieſelbſt nicht ad maſſam bonorum des debitoris gezogen, vielmehr, gleich dieſes die beſtändige praxis ſeit undenklichen Jahren auſſer allen Widerſpruch geſetzet, dem Committenti oder Eigenthümer, auf vorgängige gebührende Anzeige, unweigerlich wieder ausgeliefert werden. Urkundlich unter dieſer Stadt-Inſiegel und Unſers Secretarii Unterſchrift*, Gegeben Lübeck d. 20. Octobr. 1763.

Digitized by Google

idemque ualet in ea re, quam absque nexu pignoris creditor possidet (§. 15.). Conductor, cui rem quamdam ad certum tempus locauit debitor obaeratus, qui ante tempus illud elapsum, bonis cedit, iure retentionis utitur in re locata, quatenus inde damnum ipsi videtur timendum esse, quod ius conductoris Jure Hamburgensi ad aliquas conditiones restrictum est (§. 16.). Jus compensationis in concursu creditorum et Lubecensium praxi et Hamburgensium est confirmatum (§. 17.), eidemque locus uindicatur in debito puro cum debito conditionato, si dum mouetur concursus, conditio exsistit (§. 18.), ratione debitorum in diem et ex die, etiamsi dies demum, posteaqnam motus est concursus, exsistit (§. 19.) itemque debiti puri cum debito alternatiuo, etiamsi tum, quum mouebatur concursus, electio nondum facta erat (§. 20.). Si debitor communis creditori eidemque debitori suo ex diuersis causis debeat, compensatio fit in debitum, ordine iuris posterius, nisi ante motum iam concursum aliud inter illos fuerit conuentum (§. 21.). In decidenda quaestione: utrum in concursu ualeat ius compensationis et retentionis? non recte recurritur ad quaestionem: num praeiudicium inde oriatur creditoribus, iuris ordine in concursu anterioribus (§. 22.)?

Articulus III.

JOH. ULR. L. B. DE *CRAMER Abhandlung, wenn ein Falliment, insonderheit Hamburgischen und Lübeckischen Rechten nach, vor kundbar zu achten?*

in Eius Wetzlarischen Nebenstunden P. XCVIII. p. 103-128.

JOACH. CAR. BUCHHOLTZ diss. de limitibus actionis Paulianae seu reuocatoriae, maxime de Jure Lubecensi. Harderou. 1750.

CAR. FRID. WINKLER diss. de creditore sibi uigilante, respondente Hermanno Diterico Krohn, *Lubecensi*. Kilon. 1758.

Quae primum tenet locum in ill. Auctoris Triga Exercitationum ad Jus Lubecense, sub praesidio Winkleriano defensarum, p. 3-35. Vigilantibus Jus ciuile scriptum est (§. 1.) adeoque licet creditori vigilare, ut, quod suum est, consequatur, exceptis duntaxat quinque casibus, si nempe I) creditor, moto iam concursu, ex bonis debitoris solutionem, aut cuiuscumque generis satisfactionem impetrauerit; II) si creditor chirographarius, sed idem hypotheca destitutus, quod suum erat, a debitore obaerato consequutus sit eo tempore, quo ille non amplius sol-

foluendo fuiffe demonftratur; III) fi debitor obaeratus, pluribus creditoribus urgentibus, uni alicui gratificatur; IV) fi creditor priuata auctoritate pignus capit, aut debitori creditum extorquet; V) fi debitor obaeratus, quae poffidet, dilapidat, aut donat, aut infra pretium vendit (§. 2—7.). Quas quidem exceptiones Jus Lubecenfe non modo non fuftulit, fed uigilantiam creditorum, quae cum damno effe coniuncta concurrentium poffet, arctioribus etiam finibus inclufit, debitori obaerato, qui non amplius foluendo eft, omnem alienandi facultatem intra quatuor ante motum concurfum hebdomadas denegans (§. 8.). Fundamentum prohibitionis huius ARTICULUS eft XIII, obferuandus ille toties, quoties moueri concurfus creditorum poteft (§. 9.), ui cuius eiusmodi debitor nihil omnino uel dare poteft uel facere, quod quidem fraudi creditoribus futurum fit (§. 10.), nec magis ille, ad maffam bonorum augendam, contractus, quibus alios ad fidem habendam inducit, ita valide celebrat, ut res exftantes vindicare nequeant decepti (§. 11.). Vtrum Articuli fpeciales, quibus debitori decocturo rerum immobilium oppignoratione et venditione interdicitur, etiam ad res mobiles et mercimonia porrigendi fint, inutilis disputatio eft (§. 12.). Sententia, initium concurfus ab eo tempore computandum effe, quo quis bona creditoribus concedit poffidenda, *von Zeit der erften oder generalen Befate an*, neque Juri Lubecenfi neque per omnia Romano refpondet et verius eft, concurfum moueri, ex quo debitorem non foluendo effe notorium effe coepit (§. 13.). Actio Pauliana itemque *Tit. D. quae in fraudem cred.* magnam in foro Lubecenfi utilitatem praeftant, non etiam ad negotia folutionis reuocanda pertinent (§. 14.). Imminente concurfu folutio faepius celebratur, emtio venditio fimulatur, quas inter hoc maxime intereft, quod haec folo confenfu, illa non nifi naturali praeftatione perficiatur (§. 15.). Valida eft alienatio debitoris obaerati, intra quatuor ante motum concurfum hebdomadas facta, modo, quae legis eft ratio, non vergat in fraudem creditorum, quo pertinet, fi uel merces permutauerit debitor, uel tranftulerit aliquid in eos, quorum iura, moto etiam concurfu, potiffima funt, et id genus alia (§. 16.).

ADOLPHI FRID. DEHNS diff. de repudiatione hereditatis, a debitore in fraudem creditorum facta, Jure Lubecenfi inualida. Harderou. 1763.

Commendabilis exercitatio et quae multum facit ad explicandum Jus Lubecenfe, cuius fumma huc redit. Jus Lubecenfe omnem alienandi facultatem

cultatem et in alios transferendi ita restringit, ut ubique uel certa tam in alienante, quam in re alienanda, requisita et solennitates postulet, uel eorum, quorum ullo modo interesse potest, consensum praecipiat. Repudiare hereditatem idem est atque alienare, unde nec debitor obaeratus, qui neque dandi neque faciendi adeoque nec alienandi potestatem habet, hereditatem in fraudem creditorum repudiare potest, ut proinde *L. 6. D. quae in fraudem cred.* Juri Lubecensi, quod creditoribus magis fauet, quam Romanum, incongrue applicetur.

ARTICULUS X.

ERN. JOH. FRID. MANTZEL diss. de vidua uel uxore Lubecensi, per cessionem illatorum se suaque bona saluante, ad textum Juris Lubecensis Lib. III. Tit. I. Art. X. speciatim eius verba: *Sich bergen und Dachdings auftragen*, Respondente ERHARDO JOHANNE CASPARE WIEDEMANN, Brunsuicensi, postea Aduocato *Lubecensi*. Rost. 1754.

RESPONSUM GOETTINGENSE das Dachdings-Auftragen betreffend, in Sachen Bensers Witwe contra Michel Schröders Ehefrau zu Lübeck, A. 1756.

Auctore ILL. JOH. STEPH. PÜTTERO, Viro Juris omnis tum publici tum priuati consultissimo mihique multis nominibus caro, prodiit in EIUS Auserlesenen Rechtsfällen P. I. p. 261 — 275.

JOH. ULR. L. B. DE *CRAMER Abhandlung, ob nach Lübeckischem Rechte das Wort: Dachdingsauftragen, einen gerichtlichen ritum erfordere?*

in EIUS Wetzlarischen Nebenstunden P. XXXIV. p. 34 — 66.

HENRICI BROKES Obseruatio *vom Dachdings auftragen*, in EIUS Select. Obseruat. Forens. Obs. DLXXXII. p. 604 — 618.

GEORG. HENR. AYRER diss. etymologico-iuridica de debitore obaerato eiusque vidua uel uxore sese seruante, per beneficium renunciationis pactorum nuptialium, ad Art. I. Juris Lubecensis Tit. III. Lib. I. et Art. X. Tit. I. Lib. III praecipue ad huius verba: *Bergen und Dachdings auftragen*, Respondente JOHANNE HENRICO KIENMANN, *Lubecensi*. Gotting. 1766.

Opus eruditum, antiquitatis et multifariae lectionis copia commendabile. CAPUT I. *de obligatione debitoris ad soluenda debita generatim ex*

Digitized by Google

ex Legibus Germanicis agit. Juris Lubecensis aequitas vindicatur (§. 1.). Consentiunt populi in addictionem creditori debitoris obaerati, et hoc ius ratio naturalis inter eos constituit (§. 2.). Decantata Germanorum fides iam Taciti quidem temporibus paciscendo usque ad seruitutem seruabatur (§. 3.), non uero principium est seruitutis (§. 4.), sed huius origo in statu eorum militari et libertatis quaerenda est, quo obaeratus paciscendo sese ad officia quaedam, creditori praestanda, obligabat (§. 5.), qua seruitute Germanica, in seruitutem Romanam degenerante, modus denique contra debitorem procedendi legibus determinatus fuit (§. 6.), et primo quidem executio fiebat in bona mobilia, uel per occupationem bonorum, uel per pignorationem (§. 7.), deinde in immobilia (§. 8.), postea in iura debitoris (§. 9.), porro in personam eius, uel per occupationem, uel per addictionem ad manus creditoris, quae, ex conflictu cum beneficio cessionis bonorum seruata, hodienum in usu est (§. 10.) et denique in heredes occisi debitoris addicti ad soluenda debita ex Werigeldo, ab ipsis accepto et hodienum secundum Jus Lubecense praestando (§. 11.), quae quomodo ad feminas, soluendo debito impares, pertineant, (§. 12.) docetur. Caput II. *genuinum sensum phraseos:* Dachdings auftragen, *ex monimentis medii praecipue aeui sistit.* Opiniones Doctorum de uocabulo: Dachdings et phrasi: Dachdings auftragen recensentur (§. 2.). Significatus uocum: Dag et Ding uel naturalis est, uel ciuilis, hic uero uel extraiudicialis uel forensis (§. 3.). Vox: Dag, seu dies naturalis, certum denotat ab oriente sole currens temporis spatium, clarum, perspicuum, serenum, nullisque tenebris inuolutum seu infuscatum, quod paullatim una cum occasu solis perit (§. 4.), eiusque uocabuli apud uarias gentes pronuntiatio uaria (§. 5.) itemque uocis: Ding origo et uaria pronuntiatio eiusque significatus tam naturales, quam ciuiles explicantur (§. 6—8.). Distinctio inter usum uocabulorum naturalem, extraiudicialem et forensem ex vocibus: placitum, mallum, warf, comprobatur (§. 9.) et de usu uocum Dag & Dagen, Dagedingen & Dachdings extraiudiciali in genere et iudiciali, itemque de iure Dagedingarum (§. 10—12.), in specie de placitationibus Germanorum in diuidendis hereditatibus (§. 13. 14.), iungendis die sponsionis affinitatibus, bonis die nuptiarum seu uotorum in communionem inferendis et nata inde distinctione inter *bedingte und unbedingte Ehen* (§. 15.) agitur. De forma Germanorum placitandi et constituendi et leges ferendi generatim per tactum, quem ritum a uerbo: taken vocabant Handtag seu

HANDTACK, uel WAPNETAK uel TINGTACK (§. 16.), in ſpecie de iungendis adfinitatibus et in formulis matrimonialibus eodem uocabulo: taken utebantur et Anglo-Saxones et ueteres Sueci, qui per HANDFAESTAKA ſeu ſymbolum tactus manuum, ſponſalia celebrabant, uti et per tactum haſtae connubialis matrimonium conſummatum atque eo ipſo traditionem rerum promiſſarum factam eſſe deſignabant, ubi ſimul coniectura de origine uocabuli: TAKEN adfertur (§. 17.). Dubia eſt uocabuli: DACHDINGS deriuatio uel a TACK, tactu, uel a TAG ſeu DAG, die, ſignificatus uero eius, quo pacta denotat nuptialia, ex documentis medii aeui probatur, itemque adiungitur uerbi: AUFTRAGEN interpretatio et Articuli Juris Lubecenſis translatio (§. 18.). Ab hoc uero beneficio renunciationis pactorum nuptialium feminarum differt abdicatio iuris dagedingarum maſculorum obaeratorum, quibus accedunt argumenta, pro hac vocis: DACHDINGS interpretatione militantia (§. 19.). Denique de uerborum: DACHDINGEN et DACHDING tam iudiciali quam in Jure Feudali uſu diſputatur (§. 20. 21.). CAPUT III. *De vidua uel uxore obaerati mariti, ad ſoluenda debita coniugalia ex pactis ſponſalitiis uel nuptialibus obligata, per renunciationem uero eorumdem pactorum ſe ſuaque bona futura ſeruante* differit. Pactorum ſponſalitiorum ſeu nuptialium, praecipue in fauorem feminarum conditorum, natura, uis et efficacia explicatur (§. 2. 3.), regulae, ex quibus omnis coniugum obligatio, per pacta nuptialia et communionem bonorum contracta, ad ſoluenda debita diiudicanda eſt, traduntur (§. 4.). Omnia matrimonia per pactum contrahuntur et in *verdingte und unverdingte Ehen* diſtinguuntur, utrobique communio bonorum uniuerſalis uiget et dominium illatorum illi remanet, cuius ante matrimonium fuerat (§. 5.). De matrimonio ſub pacto ſcripto uel ſine pacto inito, *verdingte oder unverdingte Ehe*, eoque, quo procreata ſoboles coniuges parentes fecit, et hinc communione bonorum uel pactitia uel legali et de origine portionis ſtatutariae disquiritur (§. 6—8.). Applicantur regulae, ex quibus obligatio, ſoluendi debita coniugalia praedefuncti mariti, eſt diiudicanda; habita tam heredum eius (§. 9.), quam uiduae ſuperſtitis ratione, ſi lucra huic per pactum nuptiale promiſſa, pacta ſucceſſoria a coniugibus condita, liberi ſunt ex matrimonio ſuſcepti, et uidua ſuperſtes quaedam bona a communione uniuerſali per pactum exemit, ubi ſimul de ſignificatu uerbi: BERGEN et de beneficio renunciationis pactorum matrimonialium agitur (§. 10—13.) et dubia quaedam contra portionem ſtatutariam, tamquam lucrum

Digitized by Google

lucrum ſtatutarium, obmota remouentur (§. 14.). Maritus a ſolutione debitorum, quae ſine conſenſu eius uxor in matrimonio contraxit, liberatur, niſi ſummae negligentiae reus fuerit, aut omne in illam imperium perdiderit (§. 15.). De debitis antematrimonialibus ſoluendis (§. 16.), utrum ſub uoce: Dachdings, pacta quoque dotalia Romana intelligenda (§. 17.), an renunciatio pactorum nuptialium iudicialiter fieri debeat et quo modo rite ac legitime fiat? (§. 18.) disquiritur. Facta renunciatione uiduam ſeſe liberare ab onere ſoluendi debita coniugalia ex bonis nouiter adquiſitis et miſerabile illud Juris Romani beneficium ceſſionis bonorum ad renunciationem pactorum nuptialium Germanicam peruerſe adplicari (§. 19.) docetur. Denique de ſpatio deliberandi, uiduæ ad hoc beneficium confugienti, conceſſo (§. 20.) agitur idque uiuorum quoque maritorum uxoribus competere, (§. 21.) monſtratur.

Artic. XI. XII.

CONCORDATA SENATUS BASILEENSIS ET *LUBECENSIS, daß ihre beyderſeitige Bürger, in entſtehenden Falliment- und Concurs-Fällen, mit den Einheimiſchen gleicher Paritet genießen ſollen*, d. 11. Aug. / 20. Sept. 1731. (*)

AUG.

(*) Ad literas Senatus Basileensis d. 11. Aug. 1731. huius argumenti: Tit. *Da Wir eine Zeitlang angemerkt, wie viele Ungelegenheiten, ſchwehre Proceſſe und Unordnungen bey Falliments- und Concurs-Fällen, durch Ausſchließ- oder Nachſetzung der nicht concurrirenden fremden Creditoren, an ein und andern Orten entſtanden und wie hingegen durch die in ſolchen Fällen gegen Fremde und Einheimiſche, ohne geringſten Unterſcheid, nach eines jeden Lands Geſetzen, Ordnungen und Gewohnheiten, beobachtende Paritet, das Commercium und das dazu nötige Vertrauen angefriſcht und in mehreren Flor gebracht wird, ein ſolch Paritets Recht auch der Chriſtlichen Religion, ja ſelbſt natürlichen Billigkeit ganz gemäß iſt: So haben Wir zu dero wohlabgeſehenen Beförderung Uns entſchloſſen, all denjenigen Ständen und Herrſchaften, denen ein ſolch Concordat, in Erkenntnis deſſen Nutzbarkeit, nicht unbeliebig, ſelbiges dahin anzutragen, daß wenn ſie, in gedachten Fallimentsfällen, die Unſerige, eben wie die Jhrige, ad Concurſum Creditorum admittiren wollen, Wir auch eben ſolche Gleichheit gegen die Jhrigen dergeſtalt auszuüben geſinnet, daß ſie und die Unſerige jeweilen nach den Statutis des Orts, alwo der Fall ſich begiebt, ohne deren weitere Unterſuch- oder Erläuterung, gleich tractiret und gehalten werden ſollten, wie Wir dann dergleichen Vorkommniſſen ſchon ehedeſſen mit verſchiedenen Orten aufgerichtet. Und da nun auch Ew. etc. ein ſolches Concordat nicht mißfällt, ſo ſeynd Dero ſatten und deutlichen Erklärung darüber ehebſtens gewärtig, verſichern Ew. etc. anbey Unſerer beſtändig hegenden Begierd zu Fortpflanzung beydſeitig guter Vertraulichkeit und Aufname der Commercien und erſt eben*

Digitized by Google

AUG. DE *BALTHASAR* ſuccincta collatio Juris communis cum prouinciali Pomeranico, ut et Lubecenſi, qua claſſificationem creditorum in concurſu, per tabellas delineata. Gryphisw. 1740.

Quod argumentum, primis hic ueluti lineis deſignatum, poſtea maiore diligentia exornare et ad ſecundas curas reuocare conſtituit ſingularis Vir induſtriae atque doctrinae. Egregiis enim acceſſionibus auctum in lucem conſpectumque prodiit opuſculum, hoc elogio inſignitum: *Collatio Juris communis cum Jure Saxonico, Lubecenſi et Mecklenburgico, ſpeciatim Pomeranico, qua claſſificationem creditorum in concurſu, in tabellis delineata.* Gryphisw. 1767, in duas partes digeſtum, quarum *prior* tractat generalia de concurſu creditorum eiusque proceſſu, ALTERA ſigillatim agit de claſſificatione creditorum et Sectione quidem *prima* de creditoribus, extra concurſum ſuum petentibus, *ſecunda* de creditoribus in concurſu concurrentibus, *tertia* denique de creditoribus, ex ſola cauſa lucratiua uel quaſi agentibus. Accedunt axiomata generalia ex claſſificatione creditorum in fine et ſtylo Judiciorum Pomeraniae, in concurſu creditorum eiusque prioritatis ſententia obſeruanda (p. 105 — 117.), itemque corollaria (p. 117 — 122.) et documentorum, huc pertinentium, appendix (p. 123 — 292).

JOH. GUIL. SCHUMACHER diſſ. de prudentia Legislatorum Lubecenſium in collocandis creditoribus concurrentibus, ad Lib. III. Tit. I. Art. XI. et XII. Lugd. Bat. 1755.

Diſſertatio elegans et quae inſignem in foro praeſtat utilitatem. SECTIO I. agit de aequitate Juris communis in determinando creditorum concurrentium ordine; SECT. II. de prudentia legislatoria Juris Lubecenſis in collo-

erflehen die Güte des Himmels, daß Unſere Städte und Lande vor dergleichen traurigen Fällen verſchont, hingegen alles in gutem Flor erhalten werden möchte etc. ita reſpondit AMPL. SENATUS LUBECENSIS d. 26. Sept. eiusdem anni: Tit. *Was Ew. etc. in Anſehung eines reſp. Vorzugs und Gleichheit der Creditorum in concurſibus an Uns gelangen laſſen, ſolches hat Uns Dero Schreiben vom* 11ten *Auguſt. uup. zu vernehmen gegeben. Gleichwie nun das Jus Lubecenſe in dergleichen Fällen unter fremden und einheimiſchen keinen Unterſchied macht, ſondern einen jeden, nach der qualité ſeiner Forderung, nachdem er nemlich creditor priuilegiatus, hypothecarius oder chirographarius iſt, claſſificiret: Alſo wird auch ſolchem canoni beſtändig in praxi nachgegangen. Solchemnach und da Wir exiſtente caſu gegen Ew. etc. Eingeſeſſene und Bürger auf gleichen Fuß zu verfahren und ihnen unpartheyiſches Recht angedeyhen zu laſſen nicht ermangeln werden: Alſo nehmen Wir Ew. etc. Erklährung danknehmig an, vermöge welcher Unſere Bürger paria iura bedürfenden Falls erwarten können. Womit etc.*

Digitized by Google

collocandis creditorum concurrentium nominibus. Prudentiae legislatoriae Lucecensis (§. 1 — 3.) praecipuum exemplum praebent Art. XI. et XII. Tit. I. Lib. III. in quibus quatuor constituuntur creditorum classes (§. 4.). In PRIMA classe censentur creditores annuorum redituum, de uno anno debitorum (§. 5.), in quorum fauorem plura in Jure Lubecensi disposita sunt (§. 6.), cuius eximii fauoris uera indagatur ratio (§. 7.); merces praedii uel rei conductae unius anni (§. 8. 9.) et famulorum (§. 10.) itemque creditum in alimenta debitori obaerato praestita (§. 11.), quorum creditorum, si integrae famae sint, nudae assertioni fides habetur (§. 12.), impensae funeris et salaria Medicorum (§. 13.). In SECUNDA classe locum occupant, quae Fisco seu Reipublicae debentur (§. 14.), quae liberis coram Senatu a parentibus assignata sunt (§. 15.), quae fabricae tegularum Ampl. Senatus, ob refectionem aedium, debentur (§. 16.), dos, mulieri improli restituenda (§. 17. 18.), depositum, a perfido depositario consumtum (§. 19. 20.), pecuniae liberis uel minoribus a tutoribus uel curatoribus debitae (§. 21. 22.), pauperes (§. 24.), piae causae (§. 25.), mutuum gratuitum (§. 25.) et non numquam argentarius, qui vendendis pecudibus colligendisque earum pretiis praeest, itemque qui auctionibus publicis praefectus est (§. 26.). TERTIAM classem creditorum ex Jure Lubecensi occupant, qui hypotheca instructi sunt (§. 27.). QUARTA denique in classe constituuntur omnes creditores chirographarii, ex tempore aestimandi, ut tamen pecunia, nauis fabricandae uel reficiendae causa credita, antiquiori chirographo praeferatur (§. 28.).

VERORDNUNG daß auch eines Jahrs Pfand-Zinsen das Vorzugsrecht, gleich eines Jahrs Renten, zustehen solle, d. 6. Februar. 1756. in Gemeinen Bescheiden p. 72.

AUG. DE *BALTHASAR* diss. de usuris, Jure Lubecensi in concursu creditorum in eadem classe cum sorte collocandis. Gryphisw. 1749.

CAPUT I. tractat *generalia.* Usurae licitae sunt Jure naturae et gentium (§. 1.) itemque Jure ciuili Romano (§. 2.), Iure autem Canonico et Germanico prohibitae vel saltim restrictae (§. 3. 4.), in primis Lubecensi odiosae habentur, quo pecunia, sine usuris credita, in concursu creditorum insigni gaudet praerogatiua, ultra annum tamen, ex mente Interpretum, non extendenda (§. 5.). Vnde oritur quaestio: Num

S haec

haec ex DD. cerebro nata consuetudo analogiae Iuris Lubecensis et aequitati, deficiente expressa sanctione, sit consentanea et numne potiori iure omnium residuorum annorum usurae, in primis illae, quae durante concursu excreuere, ex massa bonorum suo loco sint, una cum sorte, soluendae? (§. 6.) CAPUT II. agit *de usuris ante concursum debitis.* Ius Lubecense non loquitur de usuris ex pecunia mutuo data soluendis, sed de annuis reditibus (§. 8. 9.), nec unius anni usuras expresse adiudicat (§. 10.). In hoc silentio sequendum est ius commune, quo omnes usurae adiudicantur (§. 11—13.). Ratio, qua Lubecensis innititur praxis, quod Ius Lubecense vigilantes desideret creditores, refellitur (§. 14. 15), ad minimum salua praxi admittendae sunt exceptiones (§. 16.), si penes creditorem non steterit, quo minus usurae stato tempore exigi potuerint (§. 17.), in personis fauorem merentibus (§. 18.), si usurae ut interesse petuntur (§. 19.), si ut sors petuntur (§. 20.) CAPUT III. *de usuris post concursum accrescentibus.* Illae debentur eo magis integrae, quo minus creditor culpae vel negligentiae reus sit (§. 21.), quod contra dissentientes, qui fauorem sortis prae usuris, exemplum Fisci, et quod bona debitoris, post motum concursum, communia sint creditoribus debitoris, urgent (§.22—25.) ex rationibus, quod pecunia creditorum priorum fiat fructifera (§. 26.), quod alias creditores posteriores processum concursus in commodum suum, incommodum anteriorum protrahere possint (§. 27.), quod statuta ciuitatum, in quibus receptum est Ius Lubecense, sententiam prioritatis et ipsam solutionem crediti accelerari iubeant (§. 28.), auctoritate Mevii et Steinii (§. 29.).

CHRISTIANI V, Daniae Regis, Constitutio *wegen der Schuld- und Pfand-Protocollen in den Städten des Herzogthums Holstein, insbesondere die in dem daselbst üblichen Lübeckischen Rechte bestimmte preference gemeiner Stadtschulden, Kinder- Brautschatz- Armer Leute- Gotteshäuser- und solcher Gelder, welche keine Rente geben, betreffend,* d. d. Glückstadt d. 20. Septembr. 1698.

Adiecta reperitur editioni Juris Lubecensis Glückstadiensi A. 1724. nr. VI. itemque collocata est in (DE CRONHELM) Corpore Constitut. Regio-Holsat. T. I. p. 119.

RE-

Digitized by Google

RESPONSUM ROSTOCHIENSE: Num *gemeiner Stadt-Schuld* de Jure Lubecensi comprehendat debita etiam administratorum, A. 1663.

in Mantzel Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. III. p. 163. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. I. Spec. XVIII. p. 141.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE: Quid sit *das Kinder-Geld* de Jure Lubecensi et de loco eiusdem in sententia prioritatis.

ibidem Cent. III. p. 143.

DAVIDIS MEVII Obseruatio: Pecuniae, quae *Kinder-Geld* dicitur et priuilegiata est, nomen cui conueniat?

in Eius Decision. P. VIII. Dec. 143. p. 1289.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de abdicatione liberorum iuxta Jus Lubecense, qua effectus prioritatis coram magistratu facienda, A. 1589.

in Mantzel Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. II. p. 73. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. III. Spec. XVI. p. 110.

HERM. GEORG. KROHN diss. de concursu nouercae cum priuignis. Basil. 1728.

Egregia atque commendabilis dissertatio, iudicante ita B. Jenichen in Supplement. ad Bibliothecam Jurid. Lipenio-Jenichianam P. II. p. 260, quam ob argumenti praestantiam et utilitatem recudendam curauit Vir Consultissimus idemque causarum patronus in foro Lubecensi celeberrimus, Ge. Christianus Overbeck, hoc elogio: Tractatio Juridica de concursu nouercae cum priuignis; *Wer unter beyden, die zwote Frau ihres eingebrachten, oder aber die Kinder erster Ehe ihres mütterlichen halber, nach den in Teutschland hiebey üblichen Rechten, das Vorrecht habe?* Lubecae 1747. Totum argumentum ex Jure ciuili Romano (§. 2—15.), Saxonico (§. 16—24.) et denique Lubecensi enucleatur. Jure Lubecensi bona dotalia et paraphernalia confunduntur (§. 26.), quae tamen confusio pacto euitari potest (§. 27.). Vtraque bona, etiamsi pacto distinguantur, tamen quod ad ius praelationis exaequantur (§. 28.). Hypotheca, qua Jure Romano gaudet uxor, ratione dotis et paraphernalium in bonis mariti, Jure Lubecensi sublata non est (§. 29.), quae tamen eo saltim casu locum obtinet, si neque li-

Digitized by Google

beros ex marito habet neque grauida est (§. 30.). Si maritus ad tempus aufugerit et spes pariendi adhuc superfit, uxor quidem dotem praecipit ceteraque illata, securo interim loco deponenda, ad illud tempus, quousque ad pariendum habilis est (§. 31.). Diuersitas Juris Romani in obligatione uxoris ad soluendum aes alienum mariti ostenditur (§. 32.). Bona receptitia, *Spillgelder*, sub dispositione Juris Romani relinquit Jus Lubecense, ita quidem ut uxori, illorum respectu, nec tacita hypotheca nec ius praelationis competat (§. 33.). Haud raro Lubecae liberis prioris matrimonii, ratione bonorum matris praemortuae, a patre ad secunda uota prouolante, certa ac nominatim fit assignatio, *Ausspruch von Muttergut*, quae quidem prout uel coram Senatu, uel priuata conuentione peragitur, uel solennis audit, uel minus solennis, immo quandoque nulla fit assignatio (§. 34.). Unde si de praelatione liberorum prae nouerca oriatur quaestio, distinguendum omnino est inter assignationem uel solennem, uel minus solennem seu priuatam, uel denique plane non factam (§. 35.). Per primam priuigni ratione maternorum nouercae praeferuntur (§. 36.), per secundam nouerca, respectu dotis et illatorum, priuignis (§. 37.). De tertia quoniam Jure Lubecensi nihil decisum est nominatim, uiget controuersia (§. 38.). Expositis, quae pro priuignis militant, rationibus (§. 39 — 43.), argumenta, quae nouercae ius praelationis firmant, explicantur et quidem I) hanc controuersiam non ex Jure Romano, sed ex principiis domesticis dirimendam esse (§. 44.); II) Jus Lubecense luce meridiana clarius praelationem liberorum prioris matrimonii prae nouerca et contra nouercae prae priuignis statuere ex modo, quo assignatio priuignis facta est (§. 45.); III) Idem Jus Liberis dum ne ob assignationem quidem minus solennem potiores partes prae nouerca tribuat, multo minus concessisse uideri eo casu, quo nulla plane intercessit assignatio (§. 46.); IV) argumentum petitur ex Art. XII. Tit. I. Lib. III. ubi doti quidem praeponitur *das Kindergeld, so vor dem Rath ausgesprochen*, at uero *das Kindergeld* sine additamento post dotem collocatur (§. 47.); V) ex regula: statuta esse stricti iuris nec a casu, nominatim expresso, ad alium extendi, sed potius ad casum expressum restringi debere (§. 48.); VI) Statuta secundum literam atque ita, ut nulla syllaba putetur otiosa, intelligenda esse (§. 49.); VII) Statuti dispositionem aliter locum non fortiri, nisi ubi qualitas, quam statutum requirit et supponit, adsit (§. 50.); VIII) quod alias specialis mentio assignationis solennis ad praeferendos priuignos inutilis esset et plane irrita (§. 51.); IX) argumentum desumitur a contrario (§. 52.);

X)

Digitized by Google

X) a defectu rationis, cur Jus Lubecense praelationem priuignorum prae nouerca praecise ad assignationem solennem restrinxerit (§. 53.), XI) quod liberi prioris matrimonii, hic priuigni, quando matre mortua bona communia cum patre, ad secunda vota transeunte, non diuidunt, nec deinde sibi uel ex illis, uel ex bonis defunctae matris assignationem fieri curant, sed in communione remanent, ad soluenda patris debita adigantur (§. 54.). Ad contrarias rationes (§. 56—60.) respondetur. Denique quaestio: Num liberis prioris matrimonii, etiam respectu bonorum paternorum, in bonis uitrici tacita hypotheca et prae illius secunda uxore improli praelatio Jure Lubecensi competat? (§. 61.) resoluitur. Accedit in calce sententia Judicii inferioris Lubecensis.

THOM. LINDEMANN Obseruatio: An *treue Hand* in Jure Lubecensi comprehendat etiam mandatum?

in Mantzel Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent V. p. 281.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE: Quid sit *die treue Hand* in classificatione creditorum de Jure Lubecensi, A. 1746.

ibidem Cent. IV. p. 236. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. IV. Spec. XIX. p. 152.

JOH. CAR. HENR. DREYER Anmerkung von Bestimmung der treuen Hand, welche durch Untreue verrückt wird, zur Erläuterung des Art. I. & II. Tit III. Lib. III. *und des* Artic. XII. Tit. I. Lib. III *des Lübschen Rechts,*

in Eius Sammlung vermischter Abhandlungen P. II. p. 905—926.

DAVIDIS MEVII Obseruatio: Priuilegium, quo pauper creditor in concursu gaudet, non competit fideiussori,

in Eius Decision. P. VIII. Dec. 141. p. 1289.

SENTENTIA REGII TRIBUNALIS WISMARIENSIS, nach welcher auch zu Stralsund Armer Leute, wie nach Lübschem Recht, loco priuilegiato in concursu zu placiren, d. 26. April. 1757.

Exstat in Adiunctis libelli perill. de Balthasar de classificatione creditorum in concursu, Nr. XXIX. p. 263.

DER KÖNIGLICH - SCHWEDISCHEN REGIERUNG Resolution, daß die den Kirchen und piis locis in dem Landtags.

tags-Abschied zu Wolgast, wider die Disposition des Lübschen Rechts, vor den Brautschatzgeldern gegönnete préference in classificatione creditorum, der Stadt Stralsund an ihren sonstigen Gerechtsamen und Observance des Lübschen Rechts nicht präjudiciren solle, d. d. Wolgast d. 4. Nouembr. 1669.

IBIDEM p. 133 et in adiunctis dissertationis supra allegatae de usuris p. 51.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de cessionario pii corporis Mecklenburgici uel Lubecensis, in concursu iura corporis cedentis ambiente,

in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. IV. p. 240.

JOH. FRID. SCHAEVII diss. de protopraxia mutui gratuiti in concursu creditorum, praecipue secundum Jus Lubecense. Trai. ad Rhen. 1738.

ERN. JOH. FRID. MANTZEL diss. de iure praelationis pecuniae sine usuris creditae, *vom Gelde so keine Rente giebt*, ad Art. XII. Lib. III. Tit. I. Juris Lubecensis. Rost. 1740.

CAPUT I. *de iure praelationis pecuniae, sine usuris creditae, in genere* differit. Jus praelationis pecuniae, sine usuris creditae, Jure Lubecensi est priuilegium pecuniae, sine usuris mutuo datae, concessum ut in concursu creditorum hypothecariis quibuscumque proxime praelocetur (§. 1. 2.), reale (§. 3. 4.), verba textus: *Geld, welches keine Rente giebt*, de pecunia, ex contractu mutui debita, sunt intelligenda (§. 5.), sub voce: GELD ueniunt nummi, seu pecunia numerata (§. 6.), per uocem: RENTE autem usurae denotantur (§. 7.). Pecunia, sine usuris credita, praefertur creditoribus hypothecariis quibuscumque (§. 8.). Ratio eiusmodi priuilegii ex odio usurarum et fauore mutui gratuiti profecta est (§. 9. 10.), quod quum damnosum sit creditoribus hypothecam habentibus, restricte in regula interpretandum est (§. 11.). CAP. II. *de competentia et incompetentia priuilegii.* In genere locus est priuilegio praelationis, si pecunia numerata absque usuris sit mutuo data (§. 12.), non item, si non pecunia numerata (§. 13.), sed aliae res fungibiles, etiamsi aestimato datae, creditae fuerint (§. 14. 15.), competit tamen respectu pretii rerum fungibilium, ab eo, qui mutuas accepit, uendendarum (§. 16.). Cessat, si nummi debeantur sed causa debendi ex quacumque alia praeter mutuum conuentione orta sit (§. 17.), item si mercator merces sine usuris credidit (§. 18.). Pecunia ex cambio,

Digitized by Google

bio, quod proprie dicitur, priuilegio non fruitur, si uero mutuum cambio palliato fuerit contractum, priuilegio locus est (§. 19.). Idem cessat, si debitor pecuniam, ex alio contractu soluendam, retineat (§. 20.), si mutuum usurarium per nouationem in gratuitum sit conuersum (§. 21.), ualet autem, nullo licet de pecunia, sine usuris credita, chirographo dato (§. 22.), item etiamsi in chirographo dato usurae non sint promissae (§. 23.) nec requiritur, ut debitor in illo profiteatur, pecuniam sibi absque usuris creditam esse (§. 24.). Cessat, usuris ex post facto uel acceptis (§. 25.), uel ex mora, licet frustra, petitis (§. 26. 27.), uel si usurae, ordinariis minores, uel quaecumque aliae res, a pecunia numerata distinctae, usurarum nomine, petantur aut accipiantur (§. 28. 29.), uel denique interueniente honorario (§. 30.). Terminus restituendae pecuniae, sine usuris mutuo datae, priuilegio non obstat (§. 31.), licet fuerit breuissimus (§. 32.) et constet, creditorem non crediturum fuisse, nisi, qui accipiebat, in eumdem breuem terminum consensisset (§. 33.). Pecuniae, ad certum tempus sine usuris mutuo datae, adiecto pacto, ut post lapsum diei mutuum fieret usurarium, post lapsum diei priuilegium praelationis non competit (§. 34.), quod tamen pecuniae, licet minima quantitate, sine usuris mutuo datae, denegandum non est (§. 35.) Qui obaerato ex sola hac ratione, ut sortem in concursu creditorum saluam habeat, sine usuris credidit, priuilegio hoc non utitur (§. 36.), quod idem toties cessat, quoties sola ratio mutui gratuiti sit utilitas creditoris, ex priuilegio praelationis haurienda (§. 37.). Priuilegium praelationis transit in successores quum uniuersales tum singulares (§. 38.), unde cessionarius, ex iure cedentis, eodem fruitur (§. 39.), nec denegandum erit in casu pecuniae alienae, gratis mutuo datae, domino pecuniae, si mutuum gratuitum ratum habuerit (§. 40.). Si concurrant ob mutuum gratuitum priuilegiarii, massa uero concursus non omnibus sufficiat, haec inter illos distribuenda est pro rata, nulla nec temporis nec hypothecae, uni uel alteri constitutae, habita ratione (§. 41.). Cap. III. *de modo detegendi incompetentiam priuilegii latentem.* Incompetentia latens est incompetentia priuilegii praelationis, quod non ex chirographo agnoscitur (§. 42.). Detegit eam, qui factum, ob quod illud, etiamsi uideatur chirographo conuenire, tamen cessare debeat (§. 43.) modis probat iure permissis (§. 44.). Facultas detegendi talem incompetentiam est penes creditores postlocatos (§. 45.), per interrogationes a iudice faciendas (§. 46.), et per iuramenti delationem (§. 47.), locum habentem, etiamsi nihil sit probatum (§. 48.), immo si causae mutui gratuiti

Digitized by Google

gratuiti probabiles adsint (§. 49.); item si creditores aduersarium doli arguant (§. 50.). Denique de formula iuramenti (§. 51.), quod delatum referri nequit (§. 52.), aliisque incompetentiam detegendi modis strictim agitur (§. 53.).

JOH. RUD. ENGAU Obseruationes: I) Iure Lubecensi in concursu creditorum mutuum gratuitum iure praelationis prae hypothecis expresse constitutis, nulla habita ratione temporis, quo pecunia mutuo data, gaudet; II) Num debita, quae vocantur *Buchschulden*, et pecunia, ex rationibus currentibus, *laufenden Rechnungen*, residua, aequiparetur mutuo gratuito et proinde in concursu creditorum eodem praelationis iure gaudeat?

in EIUS Decis. et Respons. Jur. Selecț. P. II. Dec. 180. p. 206.

AUGUSTINI DE *BALTHASAR* disp. de debito, ex mercibus uenditis residuo, per nouationem in mutuum gratuitum immutato, iure praelationis ex Jure Lubecensi non gaudente, ad Lib. III. Tit. I. Art. XII. Juris Lubecensis. Gryphisw. 1763.

Contractus mutui ab eo differt, qui de mutuo contrahendo initur, ad cuius validitatem Germanis nudum pactum sufficit, requiritur tamen rei traditio (§. 1.), quae etiam breui manu fieri potest, utpote si residuum pretii ex emto uendito, in primis in emtione uenditione negociatoria, mutatur in mutuum (§. 2.), quo casu dominium pecuniae, mutuo datae, manet penes uenditorem (§. 3.). Naturalia mutui plerumque pacto mutantur (§. 4. 5.). Obiectum mutui est res fungibilis, ut pecunia, quae in hac causa dicitur pecuniarium, quod quandoque usurarium est et secundum leges licitum, et a foenore differt (§. 6.), quandoque uero palliatiuum et foenori propius accedens (§. 7.), gratuitum tamen apud omnes gentes honestius habitum suisque priuilegiis dignum, sed iisdem ad mutuum sola specie gratuitum haud extendendis (§. 8.). Priuilegium mutui gratuiti ex Jure Lubecensi est, quod illud in concursu creditorum hypothecariis praeferatur, cuius ratio consistit in exhibita egeno debitori misericordia (§. 9.), idemque non solum annuos reditus, *Renten*, sed et usuras complectitur (§. 10.), ut tamen eius conditio probetur (§. 11.). Mercator pretium, ex uenditione mercium residuum, in mutuum gratuitum conuertens, hoc priuilegio non utitur, quia non est mutuum uere gratuitum et, quamuis alias mercator etiam ex mora usuras petere possit, in hoc tamen casu eo priuilegio non gaudet, quum non

Digitized by Google

non amore pietatis, sed commodi sui causa crediderit (§. 12. 13.). Dubia contra hanc sententiam obmota remouentur (§. 14. 15.) et priuilegium, mutuo gratuito Jure Lubecensi indultum, etiam sub hac, de qua dictum est, limitatione, in ciuitatibus Pomeraniae usu ualere (§. 16.), docetur.

(AUGUSTINI DE *BALTHASAR) Untersuchung der Frage: Ob das Geld, so ich einem Freunde von einem andern einzucassiren aufgetragen, daß er mir solches per Wechsel übermachen solle, von diesem aber angegriffen und in proprios usus consumiret wird, nach Lübschen Rechten für ein solches depositum zu achten sey, das als eine treue Hand, so veruntreuet worden, vor andern creditis einen Vorzug habe und, nach dem Art. XII. Tit. I. Part. III. in classe secunda zu placiren sey?* A. 1764.

Erudite et copiose hanc quaestionem excussit PERILL. AUCTOR in relatione ex Actis in Sachen Peter Karthaus, Appellanten, contra Abraham Caspar Velthusen, Appellaten, in puncto debiti, modo qualitatis der treuen Hand, quam una cum correlatione in hac causa adiectam reperies libello, supra iam laudato, de classificatione creditorum in concursu, p. 252—262.

SENATUS WISMARIENSIS Judicatum, *nach welchem, bey der liquidation eines mutui gratuiti, dem Liquidanten ein gewisser Eid, solchen dahin abzuschwöhren auferleget wird, daß die angegebene Forderung aus einer baaren Anleihe herrühre und er dafür weder Zinsen begehret, noch genossen, oder für diese andere Vergütung empfangen, solche Anleihe auch nicht ohne Zinsen, weil er bey dem Schuldener eine Unsicherheit gewußt oder vermuthet, nur des Vorzugs halber, geschehen sey*, d. 29. Febr. 1764.

IBIDEM nr. XXX. p. 263.

VERORDNUNG, den Vorzug der Verdienst- und Expensen-Rechnungen der Procuratorum in Concursu Creditorum betreffend, d. d. 17. Nou. 1734.

Exstat in Gemeinen Bescheiden p. 31.

Digitized by Google

TITULUS II.

DE COMMODATO;

VON AUSLEIHEN.

SENATUS LUBECENSIS Atteftatum, *daß der verus dominus fein Guth, da er es antrift, zu vindiciren wohl befugt und der tertius ihm folches verabfolgen zu laffen verbunden fey, fogar daß, da er es wiffentlich an fich gebracht, er dazu in Strafe genommen werde*, d. 18. Mart. 1647. (7)

GEORG.

(7) Ad literas SOPHIAE, Comitiffae Lippienfis, d. d. Bückeburg d. 27. Februar. 1647. huius argumenti: *Von Gottes Gnaden* SOPHIA, *gebohrne Landgräfinn zu Heffen, Gräfin zu Schaumburg, Lippe etc.* Tit. *Wir werden veranlaffet, den Herren zu vermelden, daß Wir von wegen etlicher bey einem Bürger in einer fürnehmen Anfee-Stadt in Verwahrung gegebenen Clenodien, welche der depofitarius einem andern verpfändet, in einen Prozeß erwachfen, indem derfelbe, der die Clenodien pfandsweife hat unterbekommen, ohnerachtet er nicht leugnet, daß die Clenodien Uns angehören, vermeinet, felbige, ehe die Summa, dafür fie verpfändet, abgetragen, nicht herauszugeben und berufet fich auf ein Statutum, darinn enthalten, daß, wenn einer mit feinem Willen, es fey auf waferley Weife es wolle, etwas aus feinen Wehren läffet und derjenige, fo es in feinen Wehren hat, daffelbe verfetzet, derfelbe fich einzig und allein an feinen Mann halten foll, alfo daß nicht in feiner Macht, den Einhaber deffen, was er aus feinen Wehren gelaffen, einiges Sinnes zu belangen, und darf die Obrigkeit dem Kaufmann hierinn affiftiren und fürgeben, als wenn folches Statutum auch de Depofito zu verftehen und die Commercia zu befördern dienlich fey. Ob nun wohl Uns bewuft, daß von den Statutis nicht leicht werde abgefprungen, dennoch weil es contra bonam fidem et rationem ift, daß der depofitarius, der alienando rem depofitam einen Diebftahl begehet, könne dominium et poffeffionem fo gar ad tertium transferiren, daß dem vero domino realis actio denegiret werde: Als haben Wir die Herren, als Vorfteher der fürnehmften Hanfee Stadt und die auch infonders Ihrer Statuten halber berühmt, wollen erfuchen, Sie belieben Uns die Willfahrung zu thun und berichten: Ob bey Ihnen es auch in Obfervanz, daß ein depofitarius könne ad tertium rem depofitam transferiren, ita ut vero domino non maneat falua in rem depofitam et contra eius detentorem actio, und wenn es bey Ihnen, wie wir verhoffen, nicht üblich, ob die Herren nicht vermeynen, daß, fo fothanes Statutum irgends an einem Orte vorhanden, folches als contra rationem, bonam fidem und zu delinquiren Urfach gebend, zu verwerfen fey? Die Herren obligiren Uns hiedurch fonderlich und wollen Wir Denfelben zu aller Gegenwillfahrung jederzeit feyn gefliffen, die Herren Göttlicher Obacht anbefehlend* Datum etc. ita refpondit AMPL. SENATUS LUBECENSIS. Tit. *Was E. F. G. an Uns fub dato d. 27. Febr. Ao. 1647. gelangen laffen, folches haben aus erregtem Dero geehrten Schreiben mit mehren dienftlich wohl eingenommen und laffen E. F. G. darauf unverhalten feyn, wann bey einem alhie etwas deponiret oder niedergefetzet wird, der depofitarius aber folches dolofe* an

Digitized by Google

GEORG. HENR. AYRER programmata III. de commodati et pignoris secundum Jura statutaria (Lubecensia, Bremensia, Hamburgensia et Francofurtana) comparatione. Gotting. 1750.

Recusa exstant in Eius Opuscul. minor. Sylloge noua p. 135—179.

(JOHANNIS KLEFEKER) Anmerkungen von dem Deutschen und besonders Lübeck- und Hamburgischen Leihen zu ziemlichem Gebrauch,

in Sammlung der Hamburg. Gesetze und Verfassungen P. IV. p. 610-620.

DAVIDIS MEVII Obseruatio: Canon Juris Lubecensis: *Hand muß Hand wahren*, actiue non passiue accipitur,

in Eius Decision. P. VIII. Dec. 24. pag. 1238.

JOHANNIS AMSEL diss. de rationabilitate canonis Juris Lubecensis: *Hand muß Hand wahren*, Respondente Henrico Christiano Wulff, *Lubecensi.* Regiom. 1698.

SAM. FRID. WILLENBERG diss. de abusu canonis Juris Lubecensis: *Hand muß Hand wahren.* Gedan. 1707.

Canon Juris Lubecensis: Hand muss Hand wahren (§. 1.), nec aequitati naturali, nec Juri diuino, aut Saxonico Culmensiue conuenit (§. 2.—4.), nec in foro Gedanensi quidquam ualet (§. 5.), sed Lubecae inter mercatores tantum et quando de rebus agitur, ad commercium spectantibus, obseruatur (§. 6.). Applicatur hic canon ad contractus primum innominatos (§. 7.), deinde nominatos, ubi ualet in mutuo (§. 8.) & commodato (§. 9.), non autem in deposito (§. 10.), nec secundum Jus commune in pignore, sed tamen Jure Lubecensi in merce aliena (§. 11.). Quaestiones: Si duo sint creditores eiusdem rei oppignoratae, uter in concursu creditorum alteri, si posterior rem possideat, sit praeferendus itemque an uenditor contra tertium possessorem,

 cui

an einen tertium versetzet, verhypotheciret oder sonsten quouis modo veräußert und dann darüber bey Uns geklaget wird, daß Wir dann nach Unsern Rechten sprechen und erkennen, daß der verus dominus sein Guth, da er es antrift, zu vindiciren wohl befugt und der tertius ihm solches abfolgen zu lassen verbunden sey, so gar daß, da er es wissentlich an sich gebracht, dazu noch in Strafe genommen wird, welches E. F. G. zu dienstlicher begehrter Antwort wir nicht vorenthalten wollen, Dieselben der gnädigen Obhut Gottes getreulichst empfehlend. Geben unter unserm Stadt-Signet den 18. Mart. Ao. 1647.

Digitized by Google

cui emtor merces, a uenditore acceptas, oppignorauit, habeat actionem? (§. 12. 13.) discutiuntur. Hodie pactum in effectu cum stipulatione conuenit, stipulator rem promissam, quam debitor alii donauit, ab hoc uindicare nequit, nec potest fideiussor ante excussum debitorem principalem conueniri nec in solidum, si confideiussores sint soluendo (§. 14.). Canon Juris Lubecensis in contractu literarum obligationis maxime locum sibi uindicat (§. 15.). Contractus consensuales sunt bonae fidei (§. 16.). Canon Juris Lubecensis non obseruatur in emtione uenditione (§. 17.). nec in locatione conductione (§. 18.), nec in emphyteusi (§. 19.), sed tamen in societate (§. 20.), itemque in mandato, modo diuersi casus inter se distinguantur (§. 21.). Quaestio: An proxenetae seu mandatario incumbat praestare residuum, si pretium pignoris uenditi ad soluendam creditori pecuniam, mutuo datam, non sufficiat? negatur, si creditor in conditionem proxenetae non inquisiuit, affirmatur, si proxeneta se uerum esse debitorem dixerit (§. 22.). Quaestio: an mandans obligetur ad restituendam maiorem summam, a mandatario acceptam, quam ipse mandauerat? negatur, si mandatarius sit priuatus et persona ignota, affirmatur, si sit persona, ad talia negotia adhiberi solita (§. 23.). Applicatur canon Juris Lubecensis ad quasi contractus, nempe negotiorum gestionem, tutelae administrationem, rerum communionem et aditionem hereditatis (§. 24.), itemque ad delicta (§. 25—28.), iustamque esse laquei poenam affirmatur (§. 29.).

JOH. BALTH. L. B. A *WERNHER* Obseruatio: Principium Juris Lubecensis, *Hand muß Hand wahren*, ad contractus dominii translatiuos haud pertinet,

in EIUS Select. Obseruat. Forens. Tit. I. P. IV. Obs. 235. p. 974.

WALT. VINC. WIESE disp. de Rei vindicatione Juris Lubecensis. Rost. 1757. (*)

De effectu, definitione et diuisione dominii (§. 2—5.) agitur. Rei uindicatio cuicumque competit domino (§. 6.), qui tamen dominium manifeste docere debet (§. 7. 8.). Secus est Jure Lubecensi (§. 9. 10.), cuius fauor subleuat commercia (§. 11.), in hunc modum, ut commodans

(*) Non poenitebit hic iungere, quae de hoc argumento ex instituto et pro rei dignitate egregie disputauit Vir Amplissimus, VINCENTIUS RUMPFF, Paternarum virtutum haud degener aemulus, in elaboratissima dissertatione *de Rei Vindicatione ex Jure Romano et Hamburgensi*, Gotting. 1764. edita.

Digitized by Google

dans actionem perſonalem exerceat aduerſus commodatarium, eumque adigat vel ad rem talem prorſus, qualem acceperat, reſtituendam, vel ad rei pretium, ipſius culpa deperditae, ſecundum aeſtimationem ſoluendum (§. 12.). Dominium in commodato non transfertur (§. 13.), unde nec caſum praeſtat commodatarius (§. 14.). Rem a tertio, qui iuſto eam titulo a commodatario accepit, non uindicat commodans, ſalua tamen domino contra quemcunque rerum furtiuarum perſecutione (§. 15—17.), etiam per annum et diem poſſeſſarum ((§. 18.), dominio per duos teſtes, iisque deficientibus interueniente iureiurando probando (§. 19.), quibus rebus aequiparantur eae, quas opifex, auriga, nauta ad conficiendum uel transportandum accepit, ſed alienauit (§. 20. 21.). Canon Juris Lubecenſis neque ad alios fidendi modos neque ultra bonae fidei poſſeſſores, qui rem alius, quam alienantis, fuiſſe ignorabant, extendendus eſt (§. 22. 23.). Chirographum, nulla creditoris aut ceſſione aut delegatione facta, oppignoratum uel alienatum (§. 24.), item res, quae uel opifici ad conficiendum uel aurigis et nautis ad transuehendum traditae et ab his alienatae ſunt, a quocumque poſſeſſore uindicantur (§. 25.). Ceſſat canon, ſi poſſeſſor ſub Jure Lubecenſi rem commodatam emit et deinde aliorſum migrauit, ubi Jus commune viget (§. 26.). Idem canon utrum de bonis alibi ſitis, a ciue autem Lubecenſi poſſeſſis, ualeat? (§. 27. 28.) disquiritur idemque in principio Juris Germanici uniuerſalis aſſeritur eſſe fundatus (§. 29.).

Titulus III.
DE DEPOSITO;
VON TREUER HAND.

(JOHANNIS KLEFEKER) Anmerkungen von dem Lübeck- und Hamburgiſchen depoſito, beſonders was für eine Befugniß dem Niederleger zu treuer Hand, nach Deutſchen und beſonders Lübeck- und Hamburgiſchen Rechten, in der Vindicirung ſeines Eigenthums zuſtehe,

in Sammlung der Hamburgiſchen Geſetze und Verfaſſungen P. IV. p. 642—661.

HERM. HENR. AB *ENGELBRECHT* Obſeruatio de ſignificatu *der treuen Hand, die durch Untreue verrücket*, in Jure Lubecenſi

becensi et an eius praerogatiua ad alia negotia ac Depositum extendenda, ad Lib. III. Tit. III. Art. II. Juris Lubecensis?

in EIUS Obseruat. Select. Forens. Spec. I. Obs. X. p. 82—86.

JOH. CAR. HENR. DREYER Anmerkung von der Bestimmung der treuen Hand, welche durch Untreue verrücket wird, zur Erläuterung des Art. I. II. Tit. III. Lib. III. des Lübschen Rechts,

in EIUS Sammlung vermischter Abhandlungen P. II. p. 905—926.

TITULUS IV.

DE PIGNORIBUS ET HYPOTHECIS;

VON VERPFÄNDUNGEN. (p)

(JOHANNIS KLEFEKER) Anmerkungen von dem Hamburgischen und Lübeckischen Pfandschaftsrechte,

in Sammlung der Hamburg. Gesetze und Verfassungen P. IV. p. 578-595.

EIUS.

(p) Singularis Lubecae est procedendi modus, ad persequendam rem immobilem, pignori sub hypotheca publica obligatam, cuius ideo formulam, pace beneuoli Lectoris, ex LIBRO MEMORIALI INFERIORIS JUDICII hic subnectere visum est: *Wenn jemanden das Capital loßgekündiget worden und derselbe solches, oder auch die fälligen Zinsen, nicht zu rechter Zeit bezalen will: So wird ihm, dem possessori aedium, auch denen, so nach demselben, welcher sein Pfand prosequiren will, noch Geld in dem Erbe hat, die Entsetzung angesaget, id est daß er oder Sie, sollen das Erbe, entweder vermittelst Zahlung des loßgekündigten Capitals und restirenden Zinsen, oder aber der Zinsen alleine (ex quo capite scilicet die Einwäldigung geschehen soll), dem Prosequutori entsetzen und zwar mit dem Unterscheide, daß, bey dem ersten Gelde in einem Hause oder Erbe, wenn es jährliche Wibolds-Renten oder Rente Geld ist, die Entsetzung geschehen müsse sub termino von 14 Tagen, wenn aber wegen Pfand-Geld die Entsetzung vorgenommen werden solle, selbige innerhalb 3 Wochen und 3 Tage zu thun sey und zwar in beyden Fällen durch zween beglaubte Bürger. Wann nun dieser erste Termin verflossen und die Entsetz- und Vergleichung des Debitoris mit dem Creditore auf eine oder andere Art nicht erfolget ist: So wird die denunciatio oder Ansage der Entsetzung bey den Rente-Geldern, unter einem anderweitigen termino, nemlich vor dem nächsten Gerichtstage, zu thun reiteriret, bey den Pfand-Geldern aber, gleich nach verflossenen 3 Wochen und 3 Tagen, eben auch mit den Rente-Geldern, nach Verstreichung des andern termins, da keine Satisfaction prästiret, mit der gerichtlichen Anrufung verfahren, wie aus nachstehenden Processibus sub Nr. I. et II. mit mehreren erhellet. Wobey denn zu observiren, daß, bey der gerichtlichen Imploration, Implorans die geschehenen Ansagungen, mittelst eines documenti von den beyden Zeugen, so die Ansage verrichtet, unter-*

EIUSDEM Anwendung sowohl der Deutschen als Römischen Verpfändungs-Gesetze auf die Lübeckischen und Hamburgischen,

IBIDEM P. V. p. 194—212.

Arti-

unterschrieben, imgleichen daß er einen solchen Post Geldes oder Capitals, woraus die Persequutio entstehet, würklich in dem Hause oder Erbe habe, mit der Nachweisung aus dem obern Stadt-Buche bescheinigen muß, worauf sodann die adiudicatio geschiehet. Wenn diese nun ihre Richtigkeit hat und dabey die confirmatio processus a Judice superiore seu ab Amplissimo Senatu, *so des Freytags Nachmittags in der Audienz geschiehet, erfolget ist: So wird das Hauß oder Erbe dem Creditori zu Stadt-Buch geschrieben und dessen Capital, per consolidationem dominii cum hypotheca, getilget und solches ist die immissio ex primo decreto. Nur ist dieses noch zu merken, daß die Prozesse, welche wegen Rente-Geld geführet werden,* κατ' ἐξοχήν Einwäldigungs- *die aber wegen Pfand Gelder* Pfand Prozesse *genennet werden.*

Abermal ist diese Einwäldigung nicht alleine dem Eigenthümer, sondern auch obgedachten Pfandherren, um vor dem nächsten Gerichts-Tage zu entsetzen, angemeldet. Zeugen Berend Löding und Friederich Steinmetz. Actum d. 29. Maii.

Den Rente Post zu beweisen, hat Lorenz Classen, pro den N. N. Vormünderen, im Nieder-Gerichte zu Lübeck produeiret eine Nachweisung Obern Stadt-Buchs Libr. 38. fol. 37. Mariae p. 2. in fine sub A. und, weil die Entsetzung nicht erfolget, gebeten auch erhalten, dass er diesen Einwäldigungs-Process vor E. Hochweisen Rath verlesen und Kraft desselben bitten lassen möge, dass dieses Haus N. N. als Eigenthümern ab- und den N. N. Vormündern, wegen fälliger eines Jahrs Rente, im Obern Stadt Buche hinwieder zugeschrieben werde. Commiss. Judic. actum Sabbathi d. 2. Jun. 1726.

Num. I.

Copia eines Einwäldigungs-Processus. ANNO 1726.

Seel. N. N. Kinder Vormündere N. N. haben sich mit allem Rechte einwäldigen lassen in den Eigenthum eines am Marckte belegenen, N. N gehörigen Hauses, wegen 2700 ℳ Rente-Geld Anno 1725 Michaelis fälliger eines Jahrs Rente, ein Jahr, zwo Schatz. Actum d. 18. Maii.

Diese Einwäldigung ist dem Eigenthümer N. N wie auch N N imgleichen N. N. in Vormundschaft sel. N. N. Tochter, als allerseits Pfandherren, um in 14 Tagen zu entsetzen, gebührend angemeldet. Zeugen Berend Löding und Johann Jacob Wiese. Actum eodem.

Num. II.

Copia eines Pfand-Processus.

Anno 1713.

N. N. hat den Eigenthum des an der Trave belegenen Hauses samt zugehöriger Badstube, die braune Badstube genannt, welche demselben gegen 500 ℳ, erstes Pfandgeld, im Obern Stadt-Buche verpfändet, wogegen zweyjärige Anno 1711 & 1712. Weyhnachten zu 3½ Procentum fälliger Pfandzinsen, um in 3 Wochen und 3 Tagen zu entsetzen, dem Eigenthümer N. N. wie auch N. N. und N. N. Wittwe, als respective andern, dritten und vierten Pfandherren, gebührlich anmelden lassen. Zeugen Hinrich Elers und Jacob Franck. Actum d. 21. Mart.

Das Pfand zu beweisen hat Peter Andreas Haecker die Nachweisung Obern Stadt-Buchs

Digitized by Google

ARTICULUS I.

CONCLUSUM daß keine andere, als vor dem Rath geschehene Verpfändungen zu Stadt-Buch gebracht, auch ohne vorgängige Verlassung,

Buchs Libr. 32. fol. 94. Petri sub A. im Niedergerichte zu Lübeck produciret und, weil die Entsetzung nicht erfolget, gebethen auch erhalten, dass er diesen Haus-Pfand-Prozess vor E. Hochw. Rath verlesen und Kraft desselben bitten lassen möge, dass obbedeutetes Haus und Badstube N. N. als Eigenthümern, ab- und N. N. wegen betagter zweyer Jahre Pfand-Zinsen, im Obern Stadt-Buche hinwieder zugeschrieben werde. Commiss. Judic. actum Sabbath. d. 29. April. 1713.

Dieses wäre der erste modus, das Erbe oder Hauß zu prosequiren. Geschiehet es nun, daß die Entsetzung gar nicht erfolget, welche cum omni causa biß auf den letzten Heller, so entweder a debitore ipso oder a possessore praedii (res enim cum onere transit), oder aber von den letzteren Pfandherren (welche nemlich das Pfandgeld darinnen haben), geschehen muß (diese letztere denn den Prozeß auf sich dirigiren lassen und die Persecution suo nomine vollführen können), so wird zur Subhastation und Distrahirung, als welche der andere modus prosequendi ist, geschritten und zwar auf folgende Art und Weise. Es nimmt der ex primo decreto immittirte von solcher obgemeldeten Zuschrift des Praedii eine Nachweisung oder kurzen Extract aus dem Stadt-Buche, produciret selbige im Gerichte, setzet das Erbe für ein gewisses pretium ein (welche Einsetzung oder taxatio gemeiniglich nach dem vorher darinn bestätigten Capital, auch darauf haftenden Zinsen, Renten und durch den Einwäldigungs-Prozeß verursachten Unkosten geschiehet) und bittet, mit der Licitation zu verfahren, welche also geschiehet: Es wird auctoritate Judicii ein Notifications-Zettul in loco publico alhier am Markte angeschlagen, worinnen kund gethan wird, daß ein Erbe gerichtlich verkaufet werden soll, da oder dort belegen und welches mit so und so viel Capital beschwebret ist. Diese Benennung der Capitalien sind nur von des Subhastantis vorhergehenden und nicht den nachherigen zu verstehen, werden auch nicht anders in dem Prozeße mit exprimiret, als wenn verschiedentliche, diversen Creditoribus zustehende Capitalia und von diversen Münz-Sorten darinnen sind. Sondern müssen sowohl in schedula notificationis die Münz-Sorten, zur Nachricht der Käufer und propter evictionem, so das Gericht leisten muß, als auch bey Verkaufung des Erbes jedesmal mit exprimiret werden. Wenn nun der Zettul 14 Tage affigirt gestanden, wird solcher von dem Nuncio, der ihn angeschlagen, abgenommen, dies aff- et refixionis darauf notirt, mit Bitte secundam licitationem zu erkennen, welche, gleich der vorigen, nur mit Vermeldung des andern Termins, geschiehet. Nach verflossenen anderweitigen 14 Tagen wird, gleich der vorigen, die dritte gesucht und erkannt; wobey denn öfters geschiehet, daß von dem vorigen possessore praedii die renovatio tertiae schedulae affixionis, auch zuweilen binis vicibus, gebethen und erhalten wird, wenn er nemlich noch gute Käufer vermuthen ist; es muß solches aber allemal in extensione protocolli nebst andern conditionibus, so beyde Theile angeben, mit exprimiret werden. Endlich ultimo termino elapso, wird mit der Subhastation selbst verfahren, da das Hauß seu praedium im Gerichte aufgebothen und dem plus licitanti entweder, oder dem Subhastanti, für den eingesetzten Preiß oder noch darüber adjudiciret wird. Wenn nun das Protocoll darüber ausgefertiget und a superiori

Digitized by Google

fung, den Pfandherren bey den vorigen Verpfändungen ein mehreres nicht zugeschrieben werden solle, d. 19 Febr. 1592.

Exstat in CEL. STEINII Abhandlung des Lübschen Rechts P. III. p. 132.

HERM.

riori Judice in Audienti confirmiret worden: So wird das Praedium dem plus licitanti oder Subhastanti nunmehro eigenthümlich, kraft vollführten Processus, ex secundo decreto zugeschrieben und die nachherigen Capitalia, auf den Fall das Erbe dem Subhastanti für den eingesetzten Preiß bestehen geblieben, daserne in dem Hause oder Erbe sich welche befinden, als weggefallen und verlohren, deliret. Wenn nun solchergestallt der plus licitans oder subhastans ein plenum dominium erlanget: So kann er mit dem praedio, als seinem eigenen, gebähren und solches nutzen. Ist es denn, daß das Erbe theurer verkauft, als der Subhastans und die vor ihm sind, an Capital, Zinsen und Unkosten zu fordern haben: So wächset das superfluum dem nächsten Pfandherren, so weit es hinreichlich, zu. Daserne aber keiner nachhero vorhanden, oder auch noch ein mehreres als diese zu fordern, überschießet, kommt solches deductis deducendis dem vorigen Eigenthümer zu gut. Es werden aber unter die deducenda Zinsen und Unkosten verstanden. Wird aber das Erbe nicht so hoch verkauft und ausgebracht, daß der Persequutor aedium oder der Subhastans völlig zu dem seinigen gelangen könne: So hat derselbe, daserne es ein Pfandherr, ratione residui, an dem vorigen debitore und dessen übrigen Güthern actione personali sich zu halten und deswegen wird das Haus auch also eingesetzet, daß der Subhastans in eventum dabey sicher seyn kann, welches aber ein Rentener nicht thun kann, sondern derselbe muß sich an dem praedio und dessen fundo, so weit es zureichlich, halten. Damit nun einem jeden diejenigen requisita, welche zur Subhastation eines Hauses oder Erbes erfordert werden, desto deutlicher in die Augen fallen mögen, habe ich für nöthig geachtet, nicht nur einen völligen Subhastations-Proceß sub No. III. sondern auch einen Notifications-Zettul, von dem vorhin erwehnet worden, sub Nr. IV. mit hereinzurücken.

NUM. III.

Copia eines Subhastations-Prozesses.

ANNO 1713.

N. N. hat durch P. A. Haecker im Nieder Gerichte zu Lübeck eine Nachweisung Obern Stadt-Buches Libr. 36. fol. 10. Jacobi sub A. produciren lassen, Einhalts welcher demselben ein Haus und Badstube, zwischen der Fisch- und Braun-Strasse belegen, die braune Badstube genannt, mit seinem Zubehör, vorhin N. N. gehörig, jetzo von N. N. bewohnet, kraft geführten Haus-Pfand Prozess zugeschrieben stünde, deswegen Anwald selbiges Hauss nebst seinem Zubehör zum erstenmal für 1600 ℳ︁, worunter 1500 ℳ︁ Species seyn, aufgebothen haben wollte, mit dem annexo, dass 500 ℳ︁ Capital verwichenen Weynachten losgekündiget wäre, welche vom Käufer, oder wer sonst gedachte braune Badstube bekommen mögte, auf nächstkünftigen Johannis ausgezalet werden müssen. Worauf Implorans gebethen, auch erhalten, dass prima subhastatio erkannt. Commiss. Judic. act. Sabb. d. 20. Maii.

Solchemnach hat Implorans schedulam primae subhastationis produciret und dieses Haus samt zugehöriger Badstube zum andern mal für 1600 ℳ︁, worunter 1500 ℳ︁ Species, aufgebothen, mit wiederhohltem Anhange, dass die auf Weyhnachten hievon loss-

HERM. HENR. AB *ENGELBRECHT* Obseruatio de contractibus debitoris obaerati, intra quatuor septimanas ante motum concursum initis, Jure Lubecensi nullis, ad Lib. III. Tit. IV. Art. I. et Lib. III. Tit. VI. Art. I. Juris Lubecensis,

in Eius Select. Obseruat. Forens. Spec. II. Obs. 68. p. 360-362.

HENRICI BROKES Obseruatio de fuga debitoris ad Juris Lubecensis Lib. III. Tit. IV. Art. I. et Tit. VI. Art. I.

in Eius Select. Obseruat. Forens. Obs. DVIII. p. 535.

Arti-

losgekündigten 500 ℳ Capital, gegen Ab- und Zuschrift des Hauses, ausgezahlet werden müssen, da dann Anwald gebethen. auch erhalten, dass die secunda subhastatio erkannt. Commiss. Judic. actum Martis d. 13. Junii.

Demnach nun Implorans schedulam secundae subhastationis produciret: So ist, auf dessen Gesuch, die tertia subhastatio erkannt. Commiss. Judic. actum Martis d. 27. Jun. 1713

Endlich produciret Implorans schedulam tertiae subhastationis, wiederhohlte seine in schedula exprimirte Conditiones und war der Käufer gewärtig. Weil sich aber keiner meldete: So hat Implorans gebethen und erhalten, dass die tertia subhastatio auf 8 Tage renoviret worden. Commiss. Judic. actum Sabb. d. 3. Jul.

Ferner producirte Implorans schedulam renovatae subhastationis und war abermal der Käufer gewärtig, wobey er die in Schedula exprimirten Conditiones nochmals wiederhohlte, mit Bitte, den terminum adiudicationis auf den 20. Julii auszusetzen. Worauf E. E. Gericht auch diesmal seinem Petito gewillfähret hat. Comm. Judic. actum d. 12. Jul.

Demnach nun Implorans schedulam iterum renovatae subhastationis produciret und obiges reservatum, dass die losgekündigten 500 ℳ, gegen Ab- und Zuschrift des Hauses ausgezahlet werden müssen, wiederhohlet, anbey erinnert hatte, dass die 1500 ℳ Species in qualitate qua bleiben: So war er der Käufer gewärtig, da dann dieses Haus, samt der Badstube und anderem Zubehör, biss zu 2075 ℳ durch P. A. Haecker aufgetrieben, und auf dessen Gesuch, N. N. als plus licitanti, für die gebothene 2075 ℳ, worunter 1500 ℳ Species sind, gerichtlich ist adjudiciret worden, jedoch ist derselbe die losgekündigten 500 ℳ dem Subhastanti auszuzalen gehalten. Commiss. Judic. actum Martis d. 11. Aug. 1713.

Num. IV.

Copia eines Notifications-Zettuls.

Zu wissen, demnach die Frau N.N. beliebet, ihr unten in der Fischergrube belegenes Hauss, wobey sieben Korn-Böden und verschiedene Saltzräume, wie auch die Mülz- und Saltzsiederey, nebst andern Gerechtigkeiten, zu verkaufen, solches am 26. Jun. ein für allemal für 3000 ℳ Species, so unauflöslich, aufgebothen worden, cum annexo, dass so viel über den eingesezten Preiss gebothen werden wird, bey Ab- und Zuschrift baar ausgezalet werden müsse. Wer nun Belieben hat, obiges Hauss an sich zu kaufen, der kann sich am 1. Decemb. Morgens um 10 Uhr in gewöhnlicher Nieder Gerichts-Stelle gebührend melden, allwo dem Meistbietenden dasselbe soll zuerkannt werden.

Digitized by Google

ARTIC. IV. et V.

JOACH. FRICCII diſſ. de differentiis Juris Romani et Germanici circa pignus in manus traditum, Germanice *handhabend Pfand.* Kil. 1733.

PROOEMIUM docet, dominium pignoris non transferri in creditorem. DIFFERENTIA I. eſt: dominus rem ſuam, pignori datam et a creditore alienatam, Jure Germanico et Lubecenſi a tertio poſſeſſore uindicare non poteſt; II) Creditor, qui pignus ſecuritatis cauſa accepit, *der ein handhabend Pfand hat*, gaudet iure praelationis in concurſu creditorum, etiamſi ius pignoris antiquius habeant, Jure Germanico et Lubecenſi; III) Jure Saxonico periculum, ſeu caſus fortuitus, ad creditorem pertinet adeoque is rem pignori datam reſtituere, uel eius pretium refundere debet, quod IV) uberius explicatur; V) Jure Germanico et Lubecenſi creditorem, pignore utentem, furtum non committere, nec illud Conſtitutioni criminali Carolinae repugnare docetur.

HERM. HENR. AB *ENGELBRECHT* Obſeruatio, quatenus uxor, creditrix mariti, in huius concurſu ſeſe tueri poſſit iure praelationis, qua pignus traditum, *ein handhabend Pfand*, ad Lib. III. Tit. IV. Art. V. Juris Lubecenſis,

in EIUS Select. Obſeruat. Forenſ. Spec. I. Obſ. 12. p. 89—91.

HENRICI BROKES Obſeruatio de pignore in manus tradito, *vom handhabenden Pfande*,

in EIUS Select. Obſeruat. Forenſ. Obſ. 487. p. 524.

JUSTI HENN. BOEHMERI Reſponſum de pignore in nominibus conſtituto, Jure Lubecenſi praeferentiam non habente,

in EIUS Conſultat. et Deciſ. T. III. P. II. p. 29—32.

TITULUS V.
DE FIDEIUSSORIBUS;
VON BÜRGEN.

(JOHANNIS KLEFEKER) Aehnlichkeit der Hamburgiſchen und Lübeckiſchen Geſetze in dem Bürgſchafts-Geſchäfte mit den Römiſchen,

in Sammlung der Hamburg. Geſetze und Verfaſſungen P. V. p. 215-237.

ANTON. HERING tractatus de Fideiussoribus, in quo ex Jure communi ciuili ac canonico, nec non uariorum Juris Interpretum commentariis ac consiliis, ut et diuersis Imperii Romano-Germanici aliorumque Regnorum, Ducatuum et Ciuitatum constitutionibus, ordinationibus, rebus iudicatis, Statutis municipalibus ac moribus, integra materia fideiussionum tam practice, quam theoretice, iusta methodo ac summatim est collecta et exposita. Frf. 1647.

In hoc opere, eruditionis pragmaticae plenissimo, non solum omnem fideiussionis materiam multa cum cura pertractauit auctor, sed et singulos Juris Lubecensis articulos sollicite explicauit, ita ut perpetui Commentarii instar ad hunc Juris nostri titulum adhiberi mereatur.

ARTICULUS I.

RESPONSUM ROSTOCHIENSE de exceptione excussionis qua fideiussiones, sub Jure Lubecensi, A. 1600.

in MANTZEL Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. I. p. 8. Cent. III. p. 163. et Select. Jurid. Rostoch. Fasc. I. Spec. XVIII. p. 139.

TITULUS VI.

DE EMTIONE ET VENDITIONE;

VON KAUFEN UND VERKAUFEN.

MÜNZ-MANDAT, insbesondere daß in Summen unter Zehn Reichsthalern, niemand mehr als den fünften Theil des schuldigen quanti, an Sechslingen anzunehmen schuldig sey, was aber darüber gehet, mit couranter und anderer guten Scheidemünze entrichtet, in Handlungs-Sachen aber bey demjenigen, was unter den Contrahenten verabredet worden, es gelassen werden solle, d. 19. Januar. 1725 (10).

GEORG.

(10) ARTIC. III. *Weilen aber insonderheit viele Klagen geführet werden von denen, so Gelder auszalen oder empfangen sollen, eines Theils daß keine Sechslinge und Neunpfennigstücke angenommen, andern Theils daß ihnen solche wider ihren Willen aufgedrungen werden wollen: So wird hiemit beständig verordnet, daß von nun an niemand schuldig seyn solle, von demjenigen, der zu bezalen verbunden ist, und zwar in Summen, die unter zehn Reichsthaler sind, mehr an Sechslingen wider seinen Willen anzunehmen, als den fünften Theil des schuldigen quanti, maaßen was über Zehn Reichsthaler gehet, völlig mit couranter und anderer guten Scheidemünze entrichtet werden soll, es auch*

Digitized by Google

GEORG. HENR. AYRER diss. de consensu et dissensu Juris Lubecensis et Romani circa emtiones et venditiones, Respondente Adde Bernhardo Burghardi, *Lubecensi.* Gotting. 1767.

(JOHANNIS KLEFEKER) Vergleichung der Lübeckischen Rechte mit den natürlichen, Deutschen, Römischen und besonders Hamburgischen Gesetzen, in Ansehung des Kaufens und Verkaufens,

in Sammlung der Hamburg. Gesetze und Verfassungen P. V. p. 20—83.

Articulus I.

HERM. HENR. ab *ENGELBRECHT* Obseruatio de contractibus debitoris obaerati, intra quatuor septimanas ante motum concursum initis, Jure Lubecensi nullis, ad Libr. III. Tit. IV. Art. I. et Libr. III. Tit. VI Art. I. Juris Lubecensis,

in Eius Obseruat. Select. Forens. Spec. II. Obs. 68. p. 360—362.

AMANDI CHRISTIANI DORN diss. de uenditione, a debitore fugitiuo ante fugam facta, secundum Jus Lubecense ualida uel inualida, ad Art. I. Tit. VI. Libr. III. Juris Lubecensis, Respondente Augusto Friderico Foertsch, *Lubecensi.* Kil. 1757.

Quaestionem: Utrum Articulus citatus de eo tantum casu intelligendus sit, si dolose et in fraudem creditorum res sit uendita a debitore fugitiuo, an uero reuocatio locum habeat, si uenditor, intra quatuor hebdomadas priores post resignationem iudicialem, fugam capessat, siue uenditio in fraudem creditorum facta sit, siue non? haud infelici conatu exposuit Auctor.

auch in Handlungs-Sachen lediglich bey dem, was die Contrahenten wegen der Münzsorten verabredet haben, billig gelassen wird. Si nihil conuentum est, emtor soluere tenetur pretium non in pecunia, alias usu recepta, sed in ipsa moneta Lubecensi. Quam quum ante aliquot annos detrectaret emtor, aliam offerens, litem ipsi mouebat venditor et secundum emtorem quidem primum iudicatum est d. 12. Aug. 1756, re autem ad Ampl. Senatum delata, bonam sententiam accepit venditor, illud nempe decretum: *Auf Suppliciren Martin Bilderbeck & Sohn und erfolgtes Gegensuppliciren Andreas Nicolaus Lange, puncto Ablieferung 100 Broden Zucker und der dafür zu erlegenden Münzsorte, nunc wider den am 12 August a. c. erfolgten Gerichtsstubenspruch, hat E. Hochw. Rath decretiret und befundenen Umständen nach, den Abspruch der Herren des Gerichts dahin reformiret: daß Supplicantes weder den Zucker quaest: vor der Bezalung abzuliefern, noch auch anderes, als hiesiges Lübeckisches Courant Geld, wider Willen sich aufdringen zu lassen schuldig, immaßen selbige auch von Erstattung der im Gerichte ergangenen Unkosten hiemittelst befreyet, die Unkosten dieser Instanz hingegen aus bewegenden Ursachen compensiret werden.* Ita decretum in Senatu d. 22. Octobr. 1756.

Digitized by Google

Auctor. Emtio uenditio fit uel in fcriptis, uel non, et contrahitur folo confenfu (§. 1 — 3.), qui certus effe debet et plenus (§. 4. 5.), unde qui rerum fuarum poteftate non gaudent, nec emtionem uenditionem contrahere poffunt, quo pertinet Jure Lubecenfi femina non mercatrix (§. 6.), eodemque nec peregrinus merces, in urbem translatas, cuiquam nifi ciui uendere poteft (§. 7.). In emtionem uenditionem ueniunt omnes res, quae funt in commercio hominum, alias uendi non prohibitae (§. 8. 9.). Prohibet autem Jus Lubecenfe omnem rerum immobilium in exteros alienationem et nulla eft, quae fine confenfu eius peragitur, qui reditum ex ea percipit, domus uenditio (§. 10.). Res, quae uenditur, certa et determinata effe debet (§. 11.). Ad fubftantiam emtionis uenditionis pertinet pretium, in pecunia numerata confiftens (§. 12.). Mutua ex hoc contractu oritur obligatio (§. 13.) inter creditorem ad pretium foluendum (§. 14.) et uenditorem ad traditionem rei (§. 15.), Jure Lubecenfi intra annum et diem euincendae (§. 16.). Periculum rei uenditae eft penes emtorem (§. 18. 19.). Jure communi et Lubecenfi ualida eft emtio, fi emtor neque fraudis particeps fuit, neque fciuit, uenditorem fugam capere uoluiffe, neque rem alienatam titulo lucratiuo, qui ex tempore alienationis cognofcendus eft, accepit, (§. 20.) nihilque intereft, utrum fciuerit emtor, uenditorem creditores habuiffe nec ne? (§. 21.). Dicta locum obtinent, fi debitor ante quartam hebdomadem ante fugam res fuas uendidit, alia autem eft quaeftio: Utrum textus Juris Lubecenfis etiam fub illa limitatione intelligendus, an uero idem fit, fraudis confilio debitor contraxerit nec ne? (§. 22.). Sunt, qui uenditiones ceterosque contractus, qui intra quatuor ante fugam hebdomadas celebrantur, inualidos effe et tamquam in fraudem creditorum initos exiftiment, fiue fraus adfit, fiue non (§. 23.) et praefidium petunt ab Art. I. Tit. IV. Lib. III. qui oppignorationem, intra quatuor hebdomadas factam, inualidam pronunciat, licet creditor pignoratitius probare uelit, rem illam bona fide nec in fraudem creditorum oppignoratam fuiffe (§. 24.). At uero Juris Lubecenfis difpofitio ad alienata in fraudem creditorum fpectat et ad eum cafum male applicatur, ubi uel gratificatio ceffat uel fraus (§. 25. 26.) neque Art. I. Tit. IV. ad uenditiones extendi debet, quippe qui ueris creditoribus contra fraudes debitorum aliorumque cum iftis collufiones profpicit, ne aliis in detrimentum illorum fimulate hypotheca et pignus conftituatur (§. 27.). Venditiones rerum mobilium, intra quatuor ante fugam hebdomadas factae, plane reuocari nequeunt, nifi dolus adfit et uenditoris et emtoris (§. 28.). Quaeftio: An

Digitized by Google

An idem fit, utrum debitor intra quatuor hebdomadas poft refignationem iudicialem, an uero poft emtionem uenditionem abfolutam, dilata tamen adhuc refignatione iudiciali, aufugerit? (§. 29.) examinatur. Fieri quandoque poteft, ut audiatur emtor, fi probare contendat, fe bona fide emiffe, quamuis uenditor intra quatuor hebdomadas poft uenditionem et refignationem aufugerit, et uerum eft, Jure Lubecenfi admittendum effe, fi loco probationis ad iufiurandum fefe offerat (§. 30.).

JOH RUD. ENGAU Refponfum de prohibita debitoris obaerati alienatione intra quatuor ante fugam feptimanas, Jure Lubecenfi ad immobilia faltem, non ad mobilia pertinente,

in EIUS Decifion. et Refponf. P. I. Dec. 254. pag. 259.

HENRICI BROKES Obferuatio de alienatione debitoris intra quatuor ante fugam feptimanas, ex Jure Lubecenfi,

in EIUS Selecft. Obferuat. Forenf. Obf. 265. p. 303—311.

EIUSDEM Obferuatio: Venditor merces uenditas intra quatuor a tempore moti concurfus feptimanas uindicare nequit,

IBIDEM Obf. 624. p. 752—754.

EIUSDEM Obferuatio de fuga debitoris ad Juris Lubecenfis Lib. III. Tit. IV. Art. I. et Tit. VI. Art. I.

in EIUS Obferuat. Selecft. Forenf. Obf. DVIII. p. 535.

ARTICULUS I. et II.

JOHANNIS KLEIN diff. de Refignatione iudiciali, *von der gerichtlichen Auflassung*, Roft. 1691.

Recufa reperitur in EIUS Volumine Differtationum p. 309 — 360. CAP. I. exhibet generalia circa refignationem iudicialem, definitionem tam nominalem quam realem, eiusque euolutionem, diuifionem ac originem; CAP. II. fubiectum actiuum, paffiuum, obiectum et formam refignationis iudicialis; CAP. III. iudicialis refignationis infignes effectus.

MATTHAEI SCHLÜTER Hiftorifch- und Rechtsbegründeter Tractat von dem Verlaffungs-Recht, wie felbiges nicht nur in Hamburg und Lübeck, fondern auch in benachbarten und andern Sächfifchen

Digitized by Google

ſiſchen Ländern und Städten, auch weit entlegenen Orten, da das Sächſiſche Recht wiewohl mit Unterſcheid angenommen und, da es noch nicht gebräuchlich, mit groſsem Nutzen, zu merklicher Aufhelfung eines zerfallenen Credit-Weſens, eingeführet werden kann, ein- und ausheimiſchen Rechtsgelehrten, Advocaten, und Procuratoren, auch denen, ſo ihre Capitalia in- und auſserhalb Hamburg, Lübeck auch anderer Orten, gegen billige Zinſen, ſicher belegen wollen, zum Beſten ans Licht gegeben. Hamburg 1703.

GODOFR. JOACH. WOLF diſſ. de dominio rerum immobilium, Jure Lubecenſi absque reſignatione iudiciali non translato. Ultrai. 1741.

Praemittuntur quaedam de ſtudio Germanorum, conſeruandi ſuas conſuetudines contra impetum Juris Romani (§. 1 — 3.). Reſignatio iudicialis ad transferendum rerum immobilium dominium Jure naturali non requiritur (§. 4.), requiritur autem Jure Germanico, Lubecenſi et Cimbrico (§. 5—8.). Exceptio nondum factae ceſſionis iudicialis, adeoque nondum translati dominii, tam uenditori eiusque heredibus, quam aliis extraneis, prodeſt (§. 9.). Sententia, poſt rei uenditae traditionem non exiſtere dominium verum, niſi accedat iudicialis reſignatio, refutatur (§. 10.). Reſignatio requiritur tam in publicis quam priuatis alienationibus, ſiue neceſſariae ſint illae, ſiue uoluntariae (§. 11.). Venditor ante reſignationem in re immobili, alteri uendita, ſiue tradita illa ſit emtori, ſiue minus, hypothecam ſibi conſtituere poteſt (§. 12.), quae tamen ſub generali hypotheca non comprehenditur (§. 13.). Emtor ante reſignationem iudicialem in re emta hypothecam conſtituere non poteſt in praeiudicium uenditoris, at poteſt ratione ſui ipſius (§. 14. 15.). Fundus uenditus et traditus, moto in bonis uenditoris ante reſignationem iudicialem creditorum concurſu, ab emtore repeti et ad concurſum trahi non poteſt (§. 16.), quod etiam ita ualet, ſi uenditor, deficiente iudiciali reſignatione, dominium rei numquam ſit conſequutus (§. 17.). Moto ante reſignationem in bonis emtoris concurſu, creditores ad praeſtandam eam recte agunt (§. 18.). In re duobus uel pluribus uendita, reſignatione non facta, ordinario modo prior praefertur, niſi poſteriori iam tradita ſit (§. 19.). Si res duobus uendita, uni extra iudicium tradita, alteri autem, cui tradita non eſt, praeuia reſignatione iudiciali ceſſa ſit, is, cui prius ceſſio facta eſt, rem uenditam retinebit, etiamſi alter poſſeſſionem occupauerit (§. 20.)

ERN.

Digitized by Google

ERN. JOACH. DE *WESTPHALEN* Obseruatio de usu ueterum Juris Lubecensis codicum in argumento de resignatione rerum immobilium iudiciali,

Partem facit praefationis ad T. III. Monument. ined. p. 121 — 139.

JOHANNIS KLEIN Obseruatio de fatali impugnandi resignationem iudicialem, de Jure Lubecensi,

in Mantzel Jur. Mecklenb. et Lubec. illustr. Cent. V. p. 289.

Articulus VIII.

HENRICI BROKES Obseruatio de annuis reditibus, Lubecae vulgo *jährliche Wibolds Renten* dictis,

in Eius Select. Obseruat. Forens. Obs. 245. p. 290.

EIUSDEM Obseruatio: Emtor annuorum redituum Jure Lubecensi non est dominus aedium,

ibidem p. 290.

Articulus XVIII.

CAR. FRID. WINKLER progr. de Venditore, ad facultatem poenitendi, ipsi, si decimam partem pretii soluerit, Jure Lubecensi concessam, in casu emtionis, arrha interueniente, perfecte celebratae, frustra prouocante, Kil. 1758.

Emtio uenditio uti mutuo consensu coalescit, ita quemquam inuito altero ab ea recedere, bona fides non patitur (§. 1.), interdum tamen, re adhuc integra, utrique tam uenditori quam emtori poenitendi facultas et Jure quidem Lubecensi uenditori, decimam pretii (u) partem soluenti, etiamsi

